28 †*Secundo modo exponitur regula iſta cõtrariorum eadem eſt diſciplina. i. eadem eſt diſpoſitio iuris; & hic ſermo dupliciter accipitur quòd eadem ſit diſpoſitio iuris directo: ut ſic idem reſpondeatur ſimpliciter in uno, quòd in altero: & eadem ſit diſpoſitio iuris per contrariũ: ut hic Ripa dicit. Secundum primam acceptionem concl. eſt prima Soz. hic quòd contrariorum eadem eſt diſpoſitio iuris, & regula directa ubi in contrarijs uiget eadem ratio, & hanc concluſionem ponit Bar. in l. inter ſtipulantẽ §. ſacram, & alibi de uerb. oblig. & probatur ſecundum Bar. & alio in l. diem proferre in §. ſtari. ff. de arb. ubi ſententiæ, ſiue æque, ſiue inique ſtandum eſt, quia eſt eadem ratio in una quæ in altera, in utraq; .n. militat ius compromiſſi, probatur etiam hæc regula in §. cum autẽ inſti. de emp. & uendi. ubi commodum & damnum ſequitur ipſum emptorem probatur etiam in l. ſi ex toto in princ. de leg. 1. ubi augumentum, & diminutio legati ſequitur legatarium, & ita procedit regula ſecundum naturam ff. de reg. iu. & c. qui ſentit. Ex hac regula inferuntur multa. Primũ infertur id quod dixit glo. in cle. cum a repulſione de appella. quam deduxit hic Are. & poſt eum Sozin. & Iaſ. quòd ſicut ſententia quæ repellit exceptionem peremptoriam dicitur interloquutoria, ita per contrarium ſententia quæ admittit dictam exceptionem dicitur interloquutoria, quia utraque expectat ſententiam diffinitiuam poſt ſe & declara ut per Are hic. Secundum infertur, quòd ſicut conſenſu emptio perficitur, ita contrario ſoluitur & iſtud eſt quod Iaſ. dicit quod contractus, & diſtractus eadem eſt potentia, ut habetur in l. fere de reg. iur. cum ſimilib. deduct. hic per Iaſ. licet hic non ſimus proprie in contrarijs.*

Tertium infertur quòd ſicut ex ſtatuto actio per teſtes probari non poteſt, ita nec exceptio, quia eſt idem timor. Infertur ulterius ad terminos noſtros poſſeſſionis quod ſicut poſſeſſ. ſine animo non amittitur, ita etiam ſine eo non retinetur, quia eadem eſt ratio, quia poſſeſſ. animo inhæret. Infertur etiam unum quod deducit acutiſſimus Deci. in d. l. ſecundum naturam quod ſicut publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem articulis teſtes repelluntur, ita etiam ſuper directo contrarijs, quia eſt idem timor ſubornationis poſt didicita teſtificata, licet Ange. ponat hoc dictum ſub illa regula cognito uno de contrarijs &c. Dec. etiam ibi in l. ſecundum naturã, ſed melius cadit ſub iſta regula. Infertur etiam ſecundum Iaſ. hic quod ſicut renuntiatio beneficij poteſt per teſtes probari, quia non requirit ſcripturam, ita etiam & collatio quia uidetur eſſe eadem ratio, ſed nec hic ſumus in regula contrariorum, ſed dictum erit uerum alia ratione. Infertur & ultimum ad id quod decidit Bal. in l. fin. in ult. col. C. de leg. quod ſi ex forma ſtatuti legatum per duos teſtes probari poteſt, ita pariter & reuocatio, de hoc tamen dicto inferius cũ ad ipſam quæſtiones dicã, & in hoc caſu proprie non ſumus in cõtrarijs, & in omnibus ſupradictis caſibus ſi recte intuearis militat, ratio quæ conſideratur per Bar. in d. §. ſacram ad l. diem proferre §. ſtari ff. de arbitr. Item infertur quod ſicut quando feudum eſt antiquum & paternum, licet inueſtitura cantet tanquam de feudo nouo, non immutatur ueritas c. primo de uaſall. decrepi. etati. ubi doct. ita per contrarium ſi feudum eſt nouum & inueſtitura cantet tanquam de feudo antiquo non immutatur ueritas quia contrariorũ eadem eſt diſpoſitio uide Iaſ. conſil. 130. col. penul. uerſi. iſta opi. uol. 2. Et hoc quantum ad hanc primam quæſtionem.

29 *Secunda ſit concluſio ſecundũ aliam acceptionem ex intentione Soz. quòd contrariorũ eadem eſt diſpoſitio per contrarium, ubi ratio per contrarium ità dictat, & hoc eſt quod dicitur quod operatur propoſitum in propoſito id operatur oppoſitum in oppoſito l. fin. §. fin. de leg. 3. l. & ſi contra, ubi Are. de nulga. et pupil. et ad hòc bene allegatur tex. in l. penul. C. de ſolu. & tex. in l. ſi ex toto de leg. 1. quæ iura adducebat Iaſ. circa primã concluſionem.*

Sed in hac proprie cadũt licet l. ſi ex toto faciat etiã pro hac ſecunda facit in l. quod habetur in l. nam ad ea cum l. ſeq. de leg. ubi Zaſi. colligit quod ſicut quæ frequenter eueniunt reſpiciuntur a legiſlatoribus ita per contrarium quæ raro contenuntur ratio eſt quia illa quæ frequenter eueniũt faciunt legem quæ raro minime ſicut una. Hirundo non facit uer. & ideo dixit Rom. in conſi. 446 in ſecundo dubio quod ſicut per traditionem inſtrumentorum factam, alicui probatur factum mandatum, ita etiã per repetitionem probatur reuocatio. Item infertur quòd ſicut non impeditur executio ubi appellari non poteſt in poſſeſſorio, ita per contrarium ubi poteſt appellari impeditur uide Iaſ. in conſil. 187. col. 5. uerſi. ſecundo facio ubi ita per iſtam regulam dicit. Item infertur quod ſicut memoria priſtinæ dignitatis operatur quod quis torqueri non poſſit l. fi. de decur. pariter contrariũ facit memoria priſtinæ infamiæ, & ideo iudeus etiam baptizatus non poteſt eſſe teſtis contra chriſtianum uide late Hypoli. de Marſi. ſingul. 107. Itẽ ſicut comunio parit diſcordiam ut infra per Sozi. in l. 1. in primo notab. ita diuiſio pacem quia quod operatur oppoſitum, & ita Sozi. conſi. 163. in 2. par. incep. non fuiſſet opus uerſ. præterea. Iſta concluſio limitatur non procedere in his quæ ſunt ſtricti iuris ut eſt mandatum, & ad hoc allegatur tex. in c. fi. de uerb. ſigni. quem inducas, ut per Iaſ. & redde rationem eius, ut per ipſum. Contra tamen facere uidentur ea quæ dicit Are hic quod prohibita condemnatione contra regulas iuris uidetur etiam prohibita abſolutio de qua quæſtione dicam infra ac etiam de intellectu d. c. fi. & erit articulus notabilis. Per iſtam ſecun. concluſionẽ allegaui proximis diebus in quodam caſu qui nunc pendet coram Magnifico D. Chriſtoforo Paſſarino meritiſſimo Iudice Rotæ fuit facta pax inter duas familias, & quia ab una parte aderat unus qui erat bãnitus ſiue exul. illa mrs licet non eſſet obligata pro eo promittere, quia

habetur & impune poteſt offendi ſe, tamen obligauit eum non recipere in domo, & caſu quo eum reciperet, tunc ille cenſeretur incluſus in pace facta.

Accidit quòd a principe reſtitutus eſt ille bannitus, et poſt reſtitutionem fuit receptus in domo partis, deinde fecit homicidium, dubitatur nunquid iſta pars teneatur ad penam tanquam incluſus fuerit in pace. Ego arguebam quòd non per regulam iſtam, nam clarum eſt quod ſi eſt facta pax. inter duas familias, & aliquis poſt pacē factā efficiatur rebellis, qui cōprehendebatur in illa pace tunc eſt excluſus, quia poteſt impune offendi, & pro mortuo habetur, ita per contrarium iſte qui promiſit non recipere illum, qui non comprehendebatur in pace, ſi poſt modum fuit reſtitutus, ex quo non poteſt amplius offendi impune, & non habetur pro mortuo, non debet teneri, quia militat ratio per contrarium, potuiſſet .n. antea ipſum armis expellere, & occidere impune ſi quæſiuiſſet habere receptum quod non poteſt poſt reſtitutionem. Adducebam etiā, quia illa promiſſo intelligitur rebus ſic ſtantibus iuxta tradita per l. quod ſeruus de cond. ob cau. & ad hoc multa allegaui quæ ponit Hippoli. in rubri. de fideiuſſori. q. 29. & ita fuit iudicatum.

30 *†Tertia ſit concluſio quòd ubi in contrarijs nō eſt eadem ratio, uel contraria, ſed diuerſa non dicimus contrariorum eadem eſt diſpoſitio directo, nec per directum cōtraria, nec dicimus quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito iura deducuntur hic per Iaſ. poſt Soz. & per mod. Floren. uide per te & pro hac regula facit quod dixit glo in clem. cum a repulſione poſt Are. quòd pronuncia de admitten. exceptione peremptoria non eſt eiuſdem uirtutis, ſicut pronuncia quæ repellit exceptionem, quia prima habet uim diffinitiue, quia ex quo iudex admiſit eam debet omnino abſoluere, & ſic abſorbet quodammodo negocium principale licet ad hoc ſententia diffinitiua requiratur ſecus eſt in pronuncia quæ repellit, quia non habet iſtam uirtutē quia poteſt eſſe quòd reus habeat aliam exceptionem. Eſt uerum quòd Peruſini uolunt quòd immo ualeat & procedat regula contrariū, & quòd ſit eiuſdē uirtutis reſpectu eius, quod decidit interlocutoria, nam quælibet interlocutoria poteſt dici diffinitiua reſpectu eius quod decidit, & ratio eſt quia ſicut pronuncia affirmatiua reſpectu eius quod decidit dicitur diffinitiua, ita etiam ſi pronuncia fuerit repulſiua, ſed hæc non fuit mens Aret. ut clare patet ex eius uerbis dum dicit, quòd poſtmodum iudex nō poteſt non abſoluere quando admiſit, & hoc reſpectu habet uim diffinitiue ſecus quando eſt repulſiua, non habet hanc uim, quia poteſt .n. uti alia exceptione, & ſic locutus eſt reſpectu principalis negocij non reſpectu eius quod decidit ipſa pronuntia, quia reſpectu ipſius nulli dubium ut doct. dicunt infra in rubri. de re iud. dicitur diffinitiua, & non habere quaſi effectum diffinitiue, & ita defenſatur Are. poſt glo. in d. c. cum a repulſione. Item ex hac cōcluſione uerificatur deciſ. Angel. in l. legē C. de loca. nam licet propter ſterilitatē fiat colono remiſſio mercedis, ſi tamen res aucta eſt in introitu non augetur pēſio ratio eſt quia colonus ſentit commodum temporale dominus autem ſentit perpetuum, & uide Hippoli. ſing. 134. incip. Tu ſcis iſtud crederem procedere in locatione ad non longum tempus, & ita conſonat ratio Angel. Cogitabis, & ex his omnibus ſit expedita iſta regula.*

31 *†Infertur modo ex prædictis ad tres quæſtiones notabiles prima eſt, utrum prohibita condemnatione contra regulas iuris cōmunis ſit prohibita abſolutio, et in hac quæſtione opi. ſunt uarie glo. in clem. fi. de hereti. tenuit quòd non & cum ea tenet Imo. Card. & alij, quos Iaſ. refert infra in l. 3. de re iudic. ubi ipſe defendit illam glo. funda*
32 *menta iſtius opi. hæc eſſe poſſunt. †Primum eſt glo. in d. clem. cum .n. abſolutio non ſit prohibita, ergo permiſſa duabus rationibus, quia quod non eſt mutatum debet ſtare iuxta l. ſancimus C. de teſta. & quia cūſumus in prohibitione prohibito uno aliud uidetur permiſſum arg. l. cum prætor .ff. de iud. & l. maritus de procur. confirmatur argumentum per tex. in d. clem. in fi. ubi dicit quod ea quæ mutata non ſunt obſeruentur, ſed abſolutio non eſt mutata ergo &c. Huic tamen rationi defendendo contrarium apparet reſponſum ex dictis Are. & Sozi. quod ex quo hæc duo equiperantur, per uiam regulæ, quod in uno dicitur diſponitur etiam in alio quia eſt paſſiua extenſio, quæ habet locum etiam in ſtricte interpretandis, uide*
33 *per ipſos. †Secundum eſt ex intentione Iaſ. in d. l. 3. quia hoc modo minus leditur ius cōmune, immo eſt redire ad ipſum & res de facili reuertitur ad ſuam naturam iuxta l. ſi unus .§. pa. l. ne peteret .ff. de pact. & comproba. ut per ipſum ibi. Ad hæc defendendo contrarium potes dicere, quòd immo argumentum retorquetur, quia ſi cenſetur prohibita abſolutio magis interpretatur ſecundum ius cōmune, quia ius cōmune eſt quòd ille poſſit abſoluere qui poteſt condemnare, & hæc eſt regula iuris in qua ſpeciali quodam caſu reperitur contrarium, ergo reducendo talem prohibitionem ad communem iuris diſpoſitionem uidetur etiam prohibita abſolutio, quia alias induceretur unum contra regulas iuris. Vel dicas quòd ſuum argumentū nō procedit in æquiperatis per uiam regulæ, ut ſupra dixi, ſicut dicitur i l. ſi quis ſeruo C. de furt. et traditur ī auten. quas actiones C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. 2. de leg. t.*

Tertio facit quia talis prohibitio uidetur in fauorē rei, ergo non retorqueatur in odium contra l. quod fauore C. de ll. Ad hoc reſponde negando præcipue in terminis d. clem. quia immo eſt in fauorem eccleſiæ Chriſtianæ quæ militat etiam in abſolutione, ut dicebat Anchar. & alij quia non minus cauendum eſt, immo plus cauendum ne nocentes liberentur propter pululationem hæreſis, uide Rip. in l. 3. infra de re iud. qui uult quòd illa prohibitio ſit iudicium iudicis prohibiti.

34 *Quarto facit tex. in l. quotiens §. adeo C. ubi ſenat. uel clariſſ. ubi illi patricij ab illo cognitore poſſunt abſolui, licet minime condemnari, & iſtum tex. inducunt quidam ex noſtris pro maximo fundamēto, & eſt text. alleg. per glo. in l. 3. infra de re iud. per caſum fallētie & Dec. deducit ipſum in l. nemo poteſt de reg. iur. & D. meus D. Marianus etiam deduxit, ut habeo in meis fragmentis, ſed uere iſte tex. non facit, quia ut glo. dicit hic eſt caſus ſpecialis, ut clare colligitur ibi propter dignitatem perſo-*

narum

narium immo contrariũ deducitur ex eo tex. nam ex quo
fuit prohibita ibi condemnatio erat etiam prohibita abſo-
lutio, quia a pari procedunt, ne ergo hoc crederetur uoluit
illud Imperat. exprimere ut abſolutio non ſit prohibita ſe-
cus ergo ſi non expreſsiſſet, ſi enim ex prohibitione con-
demnationis tantum potuiſſet tamen abſoluere fruſtra id
expreſsiſſet.

35 †Quinto facit pro hac parte c. fin. extra de uerb. ſign.
ubi tex. loquitur in mandato quod ſtricte obſeruatur, &
eſt ſtricti iuris l. diligenter .ff. manda; & ille qui habu-
it mandatum ad diminuendum numerum canonicorum ſi
facultates non ſunt ſufficientes ad numerum deſtinatũ non
tamen propter hoc poteſt augere ſi facultates ſunt au-
ctæ ſic ibi quia ſumus in ſtricte interpretandis diſpoſitum
in uno ex contrarijs non habet locum in alio tamen augere
& minuere ſunt contraria & profecto iſte tex. ſtringit
pro hac parte. Et ſi tu dicis ſumus in poteſtate delegata
quæ ultra expreſſa non trahitur ut Iaſ. dicit per tex. in c.
cum olim de offi. deleg. & tunc replicabo quod etiam in
caſu noſtro ſumus in ſtricte interpretandis, quia ſumus in
correctorijs. Et ſi tu dicis quòd illud uerbum moderare
importet diminutionem tantum prout in eo uerbo uidetur
ſe fundare Pontiſ. hoc nihil eſt & nõ tollit difficultatem,
quia & ſi expreſſe dixiſſet ut diminueret numerum qua-
re non poteſt augere auctis facultatibus D. meus, prout
ego habeo in fragmentis reſoluebat aliter dicendo, quòd
ibi de fructibus ſuperabundantibus ſummus Pontifex di-
ſponit, ſed uereor quòd non recte ſcripſerim mentẽ D. mei,
quia hæc non eſt ratio tex. ſi recte intueatur, quia poſtquã
deciditur ibi caſus ex alijs quod non poſsit augere adducit
illud quòd ſuperabundantes fructus debeant conuerti in
utilitatem eccleſiæ, ſicut iuris eſt, militaret .n. ratio D.
mei, ſi in ipſo mandato fuiſſet facta illa commiſsio, ut de
redditibus ſuperabundantibus diſponatur in eo modo.

Vltimo loco Peruſi. reſpondent ad illum tex. dicendo
quòd ibi contrarium non eſt par ratio. Ego non intelligo
quod uoluerint, immo ibi uidetur maior ratio, ut deberet
ille augere ob cultum diuinum. Niſi forte dicas, quòd nõ
poteſt augere, quia illud eſſet pœnitus extra mentem Pon-
tificis, qui requiſitus fuit tantũ de diminutione, & de hoc
cogitauit de augumento minime. Cogita quia ille tex. ui-
detur urgere. Vel reſponde ut hic per Ripam, quod ibi
ratio contraria non ſit neceſſaria.

Sexto pro hac parte facit quia limitata cauſa limita-
tum producit effectum l. in agris de acqui. re. do. l. age.
cum gemini C. de tranſa. ubi Iaſ. ſed cauſa illius diſpoſi-
tionis fundatur, qua ſub pietatis conſideratione innexij pu
niuntur in detrimentum fidei. & ſuper hoc fuit quærela,
ergo reſpectu ipſius cauſæ debet diſponere, & non ulteri-
us, nam ſi uoluiſſet etiam abſolutionẽ tollere potuiſſet pro-
hibere ſimpliciter eos in tali cauſa iudicare, nam & in ſta
tutis conſenſus limitatus attẽditur quòd nõ fecit ergo etc.
Et hæc uidetur fortis ratio. Ad quam tenendo contrariã
non poteſt aliter reſponderi, niſi quòd illa non ſit ratio fi-
nalis prout Florent. hic uidentur dicere, & quòd illam
exprimit ibi Sum. Pont. tanquam inducens maius malum
cum melius ſit nocentem abſoluere quàm innocentem con-
demnare. l. abſentem inſ. de pœnis in reſolutione tamen ali-
quid dicam. Et hæc ſunt fundamenta pro hac parte.

36 †Contrariam opi. tenuerunt multi quos refert Iaſo. in d.
l. 3. de re iud. Aret. & poſt eum Soci. Claud. & alij.
Facit primo loco pro hac parte fundamentum ipſius Are.
hic in equiparatis per uiã regulæ quod diſponitur in uno
cenſetur etiam diſpoſitũ, in alio doctrina Bar. in l. Marcel.
.§. quod autem ad trebell. & in l. 2. de leg. 1. pro qua al-
legatur uulgariter l. ſi quis ſeruo C. de fur. & etiam ſta-
tutum præferens maſculum in ſucceſsione præfert etiã in
tutella, quia hæc duo æquiperantur per uiam regulæ, ita
Bar. in l. 1. de leg. tutel. ſed poſſe condemnare, & poſſe
abſoluere ſunt æquiperata ergo &c. Huic fundamento
tuendo primam partem reſpondeas, ut per Dec. in regula
nemo poteſt, nam ſupra dicta regula non procedit ubi ra-
tio diuerſitatis ſubeſt, ut ipſe deducit unde ipſum aliam
quoq; ſolut. infr. uidebis.

37 †Secundo loco pro hac parte ſubtiliter arguit Sozin.
Actor & Reus nõ debẽt in iudicio impares iudicari l. fi.
C. de fruct. & lit. expenſ. ubi glo. adducit iura optima,
& glo. de uno ad alium arguit in clem. ſæpe de uerb. ſi-
gni. in uerbo uoluerit, ergo ſicut in fauorem rei prohibita
eſt condemnatio contra actorem pariter eſt dicendum ut
ſit prohibita abſolutio in odium rei, & in fauorem actoris,
& hoc argumentũ urgere uidetur. Ad iſtud fundamen-
tum quòd prius fuit Ancha. in d. clem. ſecundũ Iaſ. in-
fra in l. 3. de ſen. & re iud. reſponde ut per ipſum in fina.
col. cuius reſponſio eſt quod hic ſumus in ſententia ferẽda
in qua fauorabiliores ſunt rei quàm actores l. fauorabi-
liores de reg. iur. Et ibi Dec. ſed regula procedit circa
media ipſius iudicij unde eum ibi. Iſta tamen ſolutio non
uidetur multum ſecura quia hic agimus de interpretat.
illius prohibitionis & ideo aliter reſpõde ut colligitur ex
his quæ dixi in 3. arg. pro alia parte.

38 † Tertio loco mouetur Sozi. per tex. in l. ſolent. de offi.
proconſul. inducendo, ut per ipſum, & iſtum tex. deducit
etiam Fely. in c. 3. de ſenten. & re. iud. ubi dicit didiciſſe
a Sozi. & Claud. hic refert & laudat iſtum tex. tu dic
quod non facit, immo procedit ſecundũ regulas iuris com
munis, neq; ibi ſumus in ſtricte interpretandis, & iſtud
uerbum extraordinarium non uult quod Soz. intendit, ſed
tex. uidetur hoc dicere quod ſibi uelit dum ſequitur, nec
enim &c. Nec ibi ſumus in caſu in quo prohibita ſit con-
demnatio & ex ea arguatur quòd abſolutio prohibita ſit
quicquid Flor. dicant.

Quarto loco pro hac parte deducit ipſemet Sozin. quia
in materia ſtrictiſsime interpretanda arguit de præſcrip-
tione iuriſd. circa potentiam abſoluendi, ad potentiam con
demnandi, & tamen ſtricte debet hoc caſu procedi magis
quàm in ſtatutis, ut tradit Bar. in l. 1. §. ſi quis hoc in-
terdicto infra de iti. act. priuat. & de præſcriptione ab-
ſoluendi ad poteſtatem condemnandi arguit Bal. in l. im-
perium ſupra de iuriſ. omn. iud. ubi dicit quòd præſcrip-
ta tali poteſtate abſoluendi dicitur etiam præſcripta pote-
ſtas condemnandi, ita Bal. in 2. col. uer. ſed pone in cauſis
capitalibus. Ad hoc fundamentum non reperio doct. da-
re reſponſum, ſed conſiderando quæ Bal. dicit ibi dum di-

ſtinguit

ſtinguit habetur clara reſolutio, quia dicit ibi aut ſenten-
tia abſolutoria fuit lata ab eo qui non habebat poteſtatẽ
condemnandi, & tunc per talem abſolutoriam non præ-
ſcripſit condemnatoriam, neq; merum imperium, aut ille
protulit ſemper abſolutoriam, quia rei ſemper fuerunt re-
perti innocentes, & ſic per abnegationem cõdemnatoriæ.
& hoc caſu dicitur etiam præſcripta cõdemnatoria, quia
condemnaſſet ſi fuiſſet repertus nocens. Et ſic dicitur præ
ſcripta iuriſdictio iudicãdi in illis cauſis, & ideo quia eſt
eadẽ ratio in una quæ in alia merito procedit, ſed ſecus
in caſu noſtro quia nõ eſt eadẽ ratio, ut ſupra dictum eſt.
† Quinto loco pro hac parte arguitur, nam habens regu
39 lam pro ſe habet fundatam intentionẽ, & qui uult dice-
re eã nõ habere locũ, debet hoc probare ut per Bar. in l. 2.
in fi. ſup. ſi quis in ius uocat. non ier. idem Bar. in l. quo-
tiens ff. ſi quis cautio. ſtamus enim regulæ niſi caſus ali-
ter excipiatur. Sed ſic eſt quod regula eſt, quod ille poſ-
ſit abſoluere qui condemnandi ius habet & econtra ut in
l. 3. infra de re iud. & in l. nemo. ff. de reg. iur. ergo ei re-
40 gulæ inhærendum. † Huic fundamento defendendo con
trariam partem poteris reſpondere, quod regula non eſt
ſemper uera, ut docuimus in argumentis pro alia parte, et
multos caſus ponunt Moder. in l. 3. infra de re iud. & in
caſu noſtro non erit uera propter rationem diuerſitatis, et
quia ſi uoluiſſet prohibere abſolutionem potuiſſet exprime
re faciliter, uel potuiſſet prohibere ſimpliciter iudicare.
Vel ſecundo reſpõde ex intẽtione Iaſ. in dicta l. 3. & Dec.
in regula nemo poteſt, quod illa regula intelligatur ex de-
fectu iuriſdictionis, ſed in caſu noſtro iuriſdictio non de-
ficit, ſed eſt reſtricta. Moder. Florent. damnant hanc in-
telligentiam, & præcipue per l. ſolent quæ reprobatio eſt
potius contra eos ſi recte inuenitur, quia ibi in legato de-
ficiebat iuriſdictio. Reprobant etiam, quia in l. ne-
mo eſt uniuerſalis negatiua. Sed ſolutio eſt facilis, quia
procedit uniuerſaliter ſecundum intellectum Iaſ. in non
habente iuriſdictionem. Magis tamen urget contra Iaſ.
& Deci quia ſi eo modo intelligantur prædicta iura nul
lius ferè dubitationis ſunt. Cogitabis, & cum hanc ratio-
nem olim feciſſem reperio quod hodie eam etiã ponit Ca-
gno. in l. nemo de reg. iur.
† Sexto pro hac parte facit quia ex prohemio colligitur
41 ratio diſpoſitionis l. fin. ubi caſus. ff. de hered. inſtit. Sed
inſpiciendo principium dictæ clem. ratio colligitur illius
diſpoſitionis, quæ fuit fauore fidei, & ſtante ea multo
magis uidetur habere locum in abſolutione, quia ſicut ſub
ſpe pietatis innoxij puniebantur carnali odio iudicis, ita
pariter noxius carnali affectione abſolui poterat, quod
erat maius periculum propter pullulationum hereſis. Si
tamen uelis contrariam partem defenſare, potes reſponde-
re quod caſus ſine querela quòd noxij abſoluerentur non
peruenerat adhuc ad aures ſedis Apoſtolicæ, et ideo ſuper
hoc non fuit facta prouiſio, & ideo cum caſus eorum qui
innoxij puniebantur deueniſſet tantum in notitiam ſuper
eo tantum uoluit ibi prouidere, & ideo cum de contrario
caſu nõ fuerit cogitatũ remanet alius caſus in ſuo robore.
Et hæc ſunt fundamenta iſtius partis, ex quibus omni-
bus articulus teneatur utrinq. ſtabilis ad utramq; partem,

Quid ergo dicendum? puto diſtinguẽdum quod aut loqui-
mur ſimpliciter reſpectu Clem. de here. aut loquimur ex-
tra illam Clement. primo caſu magis placet opinio, quod
ibi abſolutio non dicatur prohibita cum non fuerit de in-
tẽtione diſponẽtis, qui non alia ratione prohibuit niſi prop
ter grauitatẽ penæ quæ imponebatur et ideo noluit quod
ſolus unus propter querelam factam ſedi Apoſtolicæ non
poſſet condemnare, & hanc opin. tenuit etiam Socy. in no
uiſſima lectura corrigens ſemetipſum, quia ultra intentio-
nem diſponens, non diſponit l. cum ius. ff. ſi cert. pet. &
per ea quæ ſupra deduxi. Secundo caſu diſtinguas, quod
aut colligi poteſt quod talis prohibitio ſit facta fauore rei,
& tunc non uidebitur prohibita abſolutio, ne quod in fa-
uorem inductũ eſt in odium retorqueatur ſin autem non
appareat ſtandum regulæ iuris cũ ſimus in dubio quæ in hoc
caſu maxime nobis inſeruire debet. Et ita per tranſeo.
42 † Secunda concluſio quæ infertur eſt de ſtatuto exclu-
dente ſororem a ſucceſſione fratris, nunquid etiam exclu-
dat fratrem a ſucceſſione ſororis, & in hac quæſtione cõ-
munis ſententia eſt quod nõ quam Baldus firmat, & Pau
lus de Caſtro in l. lege. 12. tabul. C. de leg. hæred. Iaſo. hic
& Decius in regula ſecundum naturam de reg. iur. fun
damenta huius cõmunis opin. ſunt hæc, & in primis ad-
ducitur per Bald. dicta lex lege duodecim tabul. ibi enim
licet iniquum fuiſſet, ut frater ſorori ſuccederet ſoror fra-
tri minime, tamen tollerabatur, & fuit tolleratum donec
contrarium non fuit diſpoſitum ibi; ita dicẽdum in pro-
poſito, quod tale ſtatutum tolleretur donec contrarium nõ
diſponatur. Huic tamen fundamento ſiquis contrariã par
tem tentare uoluerit, poterit reſpondere dupliciter.
Primo quod ibi tollerabatur, quia ſoror uterina exclu
debatur, & frater ad eius ſucceſſionem uocabatur, quod
non eſt in hoc ſtatuto in quo tantum excluditur ſoror &
frater expreſſe non uocatur, unde dicam & fratrem ex-
cludi, ut ſeruetur æqualitas.
Secundo reſpondetur, quod tunc tollerabatur, quia nõ
erat inducta æqualitas ſuccedendi, & remota differentia
maſculorum & fœminarum, ergo cũ hac introducta ſit,
ſequitur quod ſtatutũ ad iſtas regulas adaptari debebat,
Secundo loco Bald. adducebat rationem quia ſtatutũ
43 inducit unum inconueniens, quod ſoror fratri non ſuccedat
ergo non debemus ex eo inducere aliud, quia inconuenien-
tia non ſunt multiplicãda. Tenendo contrariũ potes eligere
reſponſionẽ ex dicta l. leg. 12. tab. ut dicamus quod non in
ducitur ad inconueniens multiplicandũ, ſed immo ad ſer
uandam æqualitatem inter fratrem & ſororem ſicut ibi
admittitur ſoror ad ſucceſſionem fratris ad remouendam
iniquitatem ita hic dicam excludi fratrem ad ſeruandam
æqualitatem & conuenientiam, & bene facit l. ratas C.
de reſcin. uendit.
Tertio loco pro hac parte arguitur, quia caſus omiſſus
a ſtatuto habetur pro omiſſo l. ſi extraneus de condi. ob
cau. l. comod ff. de lib. & poſthu. & remanet in diſpo-
ſitione iuris comunis. Sed ſtatutũ loquitur tantum quod
ſoror non ſuccedat de fratre autem non loquitur, ergo re-
manet in diſpoſitione iuris, qua attenta debet ſuccedere.
Huic fundamento reſponde quod propter regulam corre-

latiuorum dicitur diſpoſitum etiam de fratre, nam in correlatiuis quod dicitur de uno, dicitur etiam de alio l. fina. C. de ind. uidui. tollend. l. 1. C de cupreſſ. libro decimo, ubi Barto. & ſic propter hanc regulam uirtualiter caſus nõ eſt omiſſus.

Quarto loco facit pro hac parte urgens fundamentũ, nam ex eo quod Senatus Conſultum uocaret matrẽ ad ſucceſſionem filiorum, ut habetur in inſtitut. ad Tertulli. Non propterea filij uocabãtur ad ſucceſſionem matris, ſed fuerunt poſtmodum uocati per orficianũ quod fuit factũ longe poſt ut ex hiſtorijs liquere poteſt quia primus dinus Claudius detulit matri hæreditatem filiorum, qui fuit tempore Adriani, & uidebatur quod cum filijs ſit hæreditas magis debita parentũ, quàm econtra, quod illud debuiſſet induci prius, uel ſaltem ex eo induceretur, quod diſpoſitum fuit quod mater filijs ſuccederet, & iſtud argumentum fuit originaliter Corn. in auct. poſt fratres. C. de leg. hæred. ubi multis alijs comprobat, ut per te uidere poteris, & refert hic Monferra. qui reſpondet huic fundamento, prout etiam olim reſpondebat dominus meus D. Mar. Sozi. quod ideo filij non uocabãtur, quia in ipſis deficiebat ratio quæ militabat in matre, prout aperte uidere, licet inſtitu. ad Tertul. uocabatur enim mater, uel ad ſolatium filiorum amiſſorum pro Repub. quæ ratio ceſſat in filijs; quia mater non cenſetur mori pro Repub. ſimiliter poſtmodum ratione publici fauoris quãdo fuit enixa tres, uel quatuor liberos, quæ ratio etiã ceſſat ex parte filiorũ, & hac ratione non inducebatur reciproca ſucceſſio.

Quinto facit pro hac parte, quia ſtatutum hoc eſt correctorium iuris cõmunis & non debet extendi iuxta l. ſi uero. §. de uiro ſol. mat. & ſtatutum, quia eſt ſtricti iuris iuxta l. conſtitutionibus ad municipales tantum diſponit quantum loquitur, iuxta doctrinã Bal. in l. teſtamentum C. de teſtam. Sed de fratre non loquitur, ergo &c. facit tex. in l. non ſolum. §. ait prætor de acquiren. hæredi. & hoc modo arguendi utitur Sozin. in conſil. 75. in caſu ſtatuti Parmẽſis libro tertio. Sed ad hoc reſponde, quod argumentum procederet niſi eſſemus in correlatiuis, & æquiparatis, ut late reſpõdet Curt. Senio. in conſ. 81. qui conſuluit contrarium, quod Sozinus & late tradit Iaſo. in l. fin. C. de indic. uidui. toll. & in conſilio ſuo 112. libro primo.

Sexto adducebat Dominus meus tex. in. §. cum igitur uerſiculo ſin autem in auctẽn. de nõ elig. ſecundo nub. ibi, nec eſt aliqua lex aliquid tale dicens ex quo tex. colligitur quod ubi tractatur de excluſione ſucceſſionis alicuius nõ debet excludi, niſi expreſſe excludatur a l. ubi iam admittebatur uide Iaſo. in l. illam C. de collatio. qui allegat bona dicta & iura, ergo ita dicendum in propoſito. Sed reſpon. ex intentione Domini mei, quod ille loquitur in excluſione quæ in pœnam induceretur, pœnam enim non inferimus niſi lex expreſſe dicat l. ſi præſes de pœn. Vel ſecundo rõne correlationis dicitur expreſſum uirtualiter.

Septimo facit, quia ubi ſtatutum poteſt intelligi, ut minus lædat ius commune ita eſt intelligendum, ut late fuit deductum in alia quæſtione in tertio fundamento pro opi. glo. Clemen. de hære. eſt doctrina Abba. in c. dilectus extra de conſuetud. Dec. in conſ. 451. colum. ſecunda. Sed hic poteſt intelligi, ut minus lædat ſi frater ſuccedit ſorori ergo, Reſpon. quod procedit niſi regula correlatiuorum contrariũ declaret, quia tunc ius cõmune eſt quod in uno ſtatuitur in altero etiam dicatur, quia eſt interpretatio paſſiua, ex his ſunt expedita fundamenta huius partis.

Pro contraria opin. arguitur. Primo ex regula correlatiuorum, ad quam potes cumulare multa quæ ponit Iaſ. in dicta l. fin. C. de ind. uid. & Cur. Senior in conſi. 81. Iaſ. reſpondet quod non ſumus in correlatiuis, quia neceſſario non ſe reſpiciunt, quia poteſt dici frater reſpectu alterius fratris, & ſoror reſpectu ſororis. Puerile quippe dictum eſt hac ratione pater & filius non ſunt correlatiui cum reſpectu filiæ dici poſſit. ſimiliter ſeruus & dominus non ſunt correlatiui ſecundum ipſum cum reſpectu ſeruæ dici poſſit. Reſponde ergo quod fundamentũ nõ obſtat, quia eſt diuerſa ratio, ut ſtatim dicam. Vel dicas quod argumentum procedit ubi preciſe reſpicit eundem actum, ut de Deo in l. 1. C. de in ius uocan. & Monſer. infra in quæ. ſtatuti parmenſis latius refert in conſi. 6.

Secundo facit regula reciprocæ ſucceſſionis per tex. deductum per Sozi. & per alia deducta per Iaſ. facit glo. §. fi. inſtitu. ad Tertul. ubi dicit, quod ſicut mater illuſtris filio non ſuccedit, ita nec econtra, & ſicut pater non ſuccedit filio ſpurio, ita nec econtra, Bart. in l. fina. colum. 1. ff. de his quib. indig.

Solue quod ex rationis diuerſitate non eſt illud idem dicendum in caſu noſtro, & in illis iuribus expreſſe inducitur reciproca excluſio, ex eadem ratione ſecus in caſu noſtro ut dicam inferius.

44 *Tertio facit ratio Monſer. quia ſtatutum debet intelligi ne contineat iniquitatem l. ex facto de uulg. & pupil. cum alijs deductis per ipſum. Item debet intelligi, ne reprehẽdi poſſit iuxta tex. in l. ſaluius ariſt. de leg. præſtand. Sed ſi frater ſuccederet ſorori iniuriam contineret, & poſſet reprehendi ergo & frater excluſus uideatur.*

Ad quod reſpondeo, quod ſtante ratione diuerſitatis tale ſtatutum, nec iniquitatem continet, nec eſt reprehenſibile, & de ratione diuerſitatis dicitur, quia nulla alia ratione factum eſt huiuſmodi ſtatutum, niſi ratione conſeruandi Cippus, qui per ſororem nec per filios qui ex ea naſcuntur, non conſeruatur, quia ſequuntur familiã patris per ipſas enim diuitias conſeruatur dignitas iuxta ea quæ traduntur in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſ. Conclude in prædicta quæſt. quòd opin. Bald. ſit indiſtricte uera, licet Sozin. uideatur tenere, quòd ubi ſimpliciter ſoror excluditur, neque conſtat qua ratione fuerit excluſa, quod iſta ratio ſeruandæ æqualitatis ſit attendenda. Ego dicò quòd & ſi ſtatutum ſimpliciter excludat cum rationabiliter factum eſſe cenſeatur, & unica ratio conſiderari poſſit, illa habetur pro expreſſa iuxta l. his ſolis C. de reuoc. dona. & in l. quamuis C. de fideicom. & certe non poſſumus conſiderare, niſi rationem illius mediæ iuris prudẽtiæ, de qua in §. cæterum inſti. de leg. agna. ſuc. & ideo concludo ut dixi & uide Dec. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. qui uidetur adhærere opin. Soz. hic. Neq; hic potes dicere quòd in dubio præſumitur

minus. r

reuntur moti pluribus rationibus iuxta doctrinã Salyce.
in l. 2. C. de noxal. quia eſſet hoc uerum ſi plures uериſi-
miles conſiderari poſſent ſed ubi unica tantũ prout in ca-
ſu noſtro conſideratur non eſt uera illa doctrina, ita alias
didici in alio propoſito a D. meo D. Mar. Sozi. quia ali-
as doctrina de unica ratione raro procederet.

45 Infert hic Monſer. ad aliam quæſt. de ſtatuto Par-
menſi, quã etiam ponit ipſemet Iaſ. in l. fin. C. de indic.
uidui. tollen. & latius diſcutit in conſi. ſuo 112. libro 1.
& in hoc caſu quæſtio eſſet pro amico, quia Soz. in conſ.
75. libro tertio conſuluit contrarium in indiuiduo cum quo
tenet Monſer. hic pro alia tenuit Curtius Seni. in conſi.
11. & Iaſo & fundamento ſunt pro utraq; parte, prout
uidere per te poteris, & parum addit hic Monſer. dictis
in prææallegatis locis, licet de eis mentionem non faciat.
Et in effectu punctus ſtat in ratione ſtatuti & ſecundum
eam procedendum eſt, quia eſt anima legis uerba ſunt cor-
pus, Cur. & Iaſ. uolunt rationem eſſe ne mutuo amore ſe
ſpoliẽt iuxta tradita in l. ſecunda & tertia de donat. in-
ter uirum & uxorem Sozi. autem & Monſer. non di-
cunt hanc fuiſſem rationem, fuiſſet enim ſi uterq; pariter
eſſet prohibitus ſicut loquitur titu. de dona. inter uirũ &
uxorem. Sed fuit ratio, ne blanditijs & malitijs ipſarum
mulierum deduceretur ad priuandos etiã filios & agna-
tionem bonis ut ibi clare deducit multa allegando & cer-
te ratio Sozin. eſt multum naturalis & fauet familiæ.
Conſidera tamen nunquid res fœdere diſtinctionis concor-
dari poſſit, ut dicamus quod aut tale ſtatutum fuit factũ
in tali Ciuitate in qua ſunt alia ſtatuta quæ fauent agna-
tioni, & conſeruationi agnationis & cippus, & tunc
46 abſq; dubio Sozi. opin. uerißimam putarem cum unum
ſtatutum magis recipiat interpretationem ab alio ſtatuto
quam a iure cõmuni quia in habentibus ſymbolum facili-
or eſt tranſitus Decius in conſ. 65. col. ſecũda. Aymo. Caur.
in conſi. 118. ſecunda colu. & ita nunc reperio quod hoc
ſentit Curti. iunior in conſi. 6. qui in terminis facit iſtam
conſiderationem conſulendo quod uxor non continetur in
teſtam. Aut eſt factum in tali Ciuitate in qua nõ adſunt
ſtatuta conſeruantia cippum & agnationem, tunc dicam
ſtatutũ ſe cõcordaſſe cum iuris cõmunis diſpoſitione iuxta
ea quæ ponit Bart. in l. iuris iura §. ut lib. de oper. liber.
& ita forte concordabuntur opi. Cogitabis uolo tamen
quod aduertas ad unum præcipuum fundamentum Iaſo.
& Curt. ubi dicunt quod caſus mariti exprimitur, quia
a cõmuniter accidentibus mariti habent bona & teſtan-
tur, mulieres non niſi dotes, & ideo non excluditur ipſa
uxor, nam hac ratione attentaminus debebat id exprimi
in tit. de dona. int. uir. & uxo. & tamen exprimitur
ita ergo expreßiſſent in ſtatuto ſtatuentes & uide Dec.
in l. 1. C. de in inſ. uoc. qui uidetur aliam rationem con-
ſiderare ad iſtud ſtatutum Parmenſe, licet de prædictis
non faciat mentionem.

47 † Infertur ulterius ex ſupra dictis ex mente Alex. hic
quod ſtante ſtatuto, quòd teſtamentũ tribus teſtibus pro-
bari poßit, quòd ſimiliter eius reuocatiõ tribus teſtibus
probabitur. Et adeſt ſtatutum in ciuitate noſtra, quòd
tribus teſtibus maſculis puberibus quælibet ultima uolun-
tas probetur. Secundum ergo opin. Alex. pariter tribus
teſtibus maſculis puberibus poterit probari reuocatio, &
allegat Bal. in l. fin. C. de fideicom. Monſer. dicit quod
Bal. in d. l. fin. nõ loquitur de reuocatione teſtamẽti. Sed de
reuocatione legati, tu aduerte quia immo Bald. in princ.
fin. col. in uerſiculo. Et ſcias expreſſe de teſtamento lo-
quitur, & dicit quod tot requiruntur ad probandam pœ-
nitentiam, uel errorem allegans ea quæ habentur in l. cũ
proponeretur de leg. 2. bene uerum eſt, quòd in fin. loqui-
tur de legato allegans regulam contrariorum. Dicit etiã
Monſer. hic quod in teſtamento opinio Bal. & Alex.
ſaluari non poteſt, quia ex eo quod quis noluerit teſtamen-
tum iam factum ualere, & hoc probat ex eodem numero
teſtium, teſtamentum non reuocatur iuxta §. ex eo inſt.
quib. mo. teſt. in fin. Et in hoc Monſer. bene loquitur,
niſi ſaluemus ipſos ex intentione Peruſin. quod loquantur
reſpectu probationis erroris dicti teſtamenti prout ſtatim
dicam. Et ideo in primis aduertas quòd in iſta quæſt. ma-
gis deſeruit nobis l. fere de reg. iur. & l. nihil tàm natu-
rale eo. tit. quàm regula contrariorum ut Peruſi. decla-
rare uidentur, ut ergo hãc materiam intelligas loquamur
diſtincte de teſtamento ipſo & de legato. Si ponitur er-
go quod ſtet ſtatutum, quod teſtamentum tribus teſtibus
probetur, & quæras nunquid tribus teſtibus reuocetur
facias iſtam concluſionem uerißimam, quod illi tres teſtes
ſimpliciter non ſufficiunt ad reuocationẽ, immo dicit hic
Monſer. etiã ſi coram mille teſtibus hoc diceret, adhuc
non reuocaretur, & hæc ſatis probantur in §. ex eo iam
ſupra allegato Bart. in l. ſi iure ff. de reg. 3. & ibi Paul.
licet aliqui contrarium tenuerint in l. ſi ita ſcriptũ in §.
regula de libe. & poſthu.

Limita primo hanc concluſionem niſi tranſiuerint de-
cem anni, tranſactis enim decẽ annis, tunc eſſet reuocatũ.
Et hoc caſu ſufficerent duo teſtes, ita eſt caſus in l. ſanci-
mus C. de teſtament.

Limita ſecundo niſi cum reuocat incideret, uel cancel-
laret teſtamentum l. noſtram C. eo. tit.

Limita tertio niſi contraria uoluntas probetur per mo-
dum probati erroris, ut hic Peruſini dicunt iuxta not. in
l. errore C. de teſt. & l. cum proponeretur de leg. 2.

Limita quarto niſi alterius dixerit coram eodem nume-
ro teſtium, nolo teſtamentum quod feci ualere, quia nolo
decedere inteſtatus, ita Bar. in d. l. ſi iure de leg. 3. quàm
dicit cõmunem Alex. in d. l. ſancimus & Corn. ibi licet
Fulgo. & aliqui contrariũ tenuerint, tamen ſufficit quòd
eſt cõmunis opi. quando teſtator dixit hoc, corã tot teſti-
bus qui requiruntur ad confectionem & non eſt noſtrum
hoc diſputare. Videas in locis allegatis, & in l. ſi ita
ſcriptum §. regula de lib. & poſt.

Limita quinto niſi coram eodem numero teſtium nouũ
fieret teſtamentum, tunc per illud ſecundum primum re-
uocatur iux. §. poſteriore teſtamento inſt. quib. mod.
teſta. infir. & l. ſancimus C. de teſtam. Et iſtud pro-
cederet etiam ſi primum teſtamentum fuiſſet factum ſe-
cundum formam iuris cõmunis, deinde fieret aliud ſecun-
dum formam ſtatuti non requirentis niſi tres teſtes, ut di-
cit hic Monſer. in 2 caſu. Et in omnibus ſupradictis caſi-

DIVIDE Text. ut per doct. Summarium Bar. reprehenditur hic per Iaſ. quẽ ſequuntur Moder. Flor. ea ratione quia totum tex. non cõplectitur propter capta ab hoſtibus quæ non uidentur cõprehendi ſub ea regula quod in nullius bonis &c. Poſſet forte Bar. ſaluari, quia ex intentione tex. uidetur quòd capta in bello equiparentur capitis in terra, cælo, & mari quo ad iuris diſpoſitionem, ergo uidetur dicendum, quòd eadem ratio decidẽdi militet in utroq; caſu per tex. in l. à titio ff. de uerb. oblig. & ſic quòd ĩ utroq; caſu bona ſint nullius. Hæc.n. fuit ratio decidendi, ut patet in l.3. ſup. tit.1. in princ. cõiuncto. §. Item ea quæ ex hoſtibus. Et facit dicto. Item poſita in text. illo, & in text. noſtro quæ eſt repetitiua earundem qualitatum iuxta l. in repetendis de leg.3. niſi reſpondendo dicas quòd rapetit ſimilitudinem reſpectu deciſionis, ſecus reſpectu naturæ, & qualitatis ut per Mod. Floren. infra in ultimo notab. qui hæc ponunt. Sed tamen dum capiuntur dicuntur in bonis nullius quia militibus fugientibus bona ſunt pro derelictis, & ita in bonis nullius & occupanti conceduntur. Aliqui ex noſtris alio medio damnant ſummariũ Bar. quia nimis generale dum dicit, quod remanſit in his quæ in nullius bonis ſunt, nam res ſacræ dicuntur in bonis nullius ut habetur in. §. nullius inſt. de rer. diuiſ. & tamen dominium earum non acquirimus neque naturali poſſeßione, neque aliquo modo.

1 † Sed breuiter hæc reprehenſio nimis rigoroſa ad ſummarium Bar. uidetur nam uerba ſua ſunt intelligenda de habilitate iuxta l. ut gradatim de mun. & hon. cum ergo res ſacre non dicantur in dominio noſtro, neque noſtræ effici poßint merito in illis Barto. uerba adaptari nõ poſſunt. Sunt.n. in bonis Dei, & ad diuinũ cultum ordinate. Addo etiã quòd uerba naturaliter ſunt intelligẽda iuxta l. fin. C. de his qui ueni. ætati, ergo uerba Bar. intelligantur de his quæ naturaliter ſunt in bonis nullius non de his quæ ſunt cenſura eccleſiaſtica, & ita puto Bar. ſaluandũ.

2 † Not. primo æthymologiã poſſeßionis, uide deciſ. Afflicti. 299. nu.7. ubi appellat ſonum uocis quod ponitur hic quæ ſecundum cõmunem literam dicitur à pedibus, ſecundum autem aliam literam à ſedibus. Quæ nam autem ſit melior æthimologia, uel a ſedibus, uel a pedibus iura uidentur eſſe uaria, nam text. in l. quod meo §. ſi uenditorem inf. eodem ibi non ſecus ac ſi pedem, uidetur innuere quòd a pedibus, text. autem in l.3. §. ex contrario inf. eo. ubi, ut ibi ego ſedeo tu ſedere uidearis uidetur innuere a ſedibus licet in illis uerbis, ut ubi ego ſto tu ſtare uidearis innuat etiam quòd à pedibus dicatur. Magis tamen placet à ſedibus uide omnino Lucam de pen. qui uidetur hanc ſequi in l. qui agros C. de omn. agro. deſer. ſuper tex. in uerbo in ſederit & etiam aliam ponit Alcia. peritiſſ. & D. Io. Ripa tenent, & alij etiam per rationes per eos deductas. Non obſt. tex. in §. ſi uenditorem, quia ideo ibi eo modo loquitur, quia rerum immobilium inſtrumento pedũ ſolet acquiri poſſe. nõ ut æthymo. arguat ipſius. Vide etiam Alt. ponentem aliam æthym. in l. de quinq. ped. præſcri. ut dicatur à poſſe & ſedeo quaſi potens ad ſedendum, ſed nõ diſcedas a iureconſul. ut dicatur à ſedibus cum ita in Pandec. dicatur.

Stante tamen cõmuni æthimologia mouentur hic duæ difficultates, Prima eſt Cur magis a pedibus quã ab alia parte corporis poſſ. appelletur. Secunda eſt Cur magis a parte corporis quam ab animo dicatur. Circa primam breuiter teneas quod ex quo pedes magis uniuerſaliter concurrunt in qualibet poſſ. acquirenda ſecundum ius naturale, & quia poſſ. rerum immobilium. dignior uidetur ideo ab eis dicitur. Non .n. placet ratio Iaſ. conſiderantis rei originem, quia etiam dictum fuit quicquid manibus ceperis tuum ſit, ergo etiam a manibus dici debebat.

4 Circa ſecundum aduerte quia Iaſ. erronee labitur prout hic etiam Moder. Flor. aduertunt dum dicit quod animus præcedẽs non operatur acquiſitionẽ poſſeſſ. nã hoc eſt falſum immo animus ille ordine intellectus præcedit ad acquiſit. Et tex. allegatus per eum facit contra ipſum in §. nerua fil. inf. l.3. ubi expreſſe requirit animum, ut apparet in illo uerbo uolumus quod uelle in animo conſiſtit & iura ſunt clara contra eum Moder. Flor. dicunt eſſe rationem quia acquiſitio poſſeßionis eſt quid facti & non iuris, ut hic per eos, & facta non reſident in animo, ſed tantum ea quæ ſunt iuris. Sed licet dictum in ſe ſit uerum tamen non ſatisfacit pro ratione quæſiti, quia multa ſunt in iure noſtro quæ ad ſuis acquiſitionem requirunt facta & poſtquam ſunt acquiſita ſunt iuris, & non appellantur habito reſpectu ad factum. quod in acquiſitione requiritur ut in dominio. Additur etiam quòd poſſeßio dum acquiritur non eſt poſſeßio. ſed poſtquam eſt quæſita, & hic tanquam quæſita conſideratur cum æthymologatur, & tunc eſt quid iuris ergo ratio non concludit. Tandem omißis alijs rationibus quas Ripa deducit extra de cauſ. poſſ. & propr. in rub. quæ faciliter impugnari poſſunt, præcipue prima, & ſecunda, tene tertiam quæ in effectu eſt, ut ſic denominaretur a re certa, & ſic ab actu extrinſeco per quem animus declaratur, ſicut matrimoniũ a matre, quia mater certa. Et licet pedum poſitio, uel manum apprehenſio fieri poßit ab eo, qui animum acquirẽdi non habet, tamen ſatis eſt quòd in uolentibus acquirere hoc militet & procedat, quia an uoluerit in eo qui habet ætatem credimus ei mediante hoc facto extrinſeco.

5 † Not. 2. ſecundum D. Iaſ. argu. ab æthymo. ua idem eſſe, Tu dicas non probari in hoc tex. in quo tantum ponitur ſignificatio ſiue alluſio poſſ. ſed bene hoc probatur in l. 2. §. appellata eſt autem, ibi & ideo ſi non fiat tuum ff. ſi cer. pet. eodem modo arguit. Pontif. in c. ſæpe in uer. iudex de uerb. ſign. Adde tex. in c.1. §. fi. per quos fiat inueſt. & text. in l. plebes. §. pignus de uerb. ſignifi. Et forte non ſunt alij text. qui ita probent, nõ.n. ualet conſequẽtia ponitur æthymologia, ergo licitũ ẽ arguere ab ea.

Not.3. ibi dominium id quod Soz. hic not. & aduerte ad uerba ſua relata ex intentione S. Thomæ dum dicit quòd diſtinctio dominij, licet fuerit de iure gentium, non tamen contra ius naturale, quia ius naturale nõ dictabat cõmuniter omnia poßidenda. Sed illa diſtinctio dominij

fuit

fuit additamentum quoddam, ſicut ueſtimenta ad homi-
nem qui natura nudus naſcitur, non tamen ueſtimentum
eſt contra naturam. Iſta uerba habent repugnantiā quia
iure naturæ omnia erant communia, ergo id dictabat ra-
tio naturalis hominis. Si .n. eſt de iure naturali ergo a ra
tione id dictatur. igitur diſtinctio dominij & poſſeſſ. eſt
contrarius naturale probatur per .§. ius autem gentium
inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. ubi dicitur quòd ius gen
tium iura quædam ſibi conſtituit, inde bella introducta,
& captiuitates & ſeruitutes quæ ſunt naturali iuri con
trarie, quia ratio naturalis dictabat, ut quilibet eſſet li-
ber, ita in diſtinctione dominij dicendum uidetur. Vlte-
rius aduertas, quia quòd iure naturali communis omniū
eſſet poſſeſſ. hoc non uidetur uerum, quia non competit om
nibus animantibus iux. tex. inſt. de iur. nat. in princ. uel
ſi communis omnium poſſeſſ. eſt de iure naturali, ita etiā
& diſtinctio dominij. Ita probatur in d. c. ius natura-
le, ibi acquiſitio eorum. Et ibi comodatæ & depoſitæ rei
reſtitutio, & quòd hoc ſit uerum eſt tex. clarus in .§. ſin
gulorum inſt. de rer. diuiſ. ubi Imper. uult quòd acqui-
ſitio quæ de iure genti. fit ſit eo iure quòd eſt proditum in
ſimul cū humano genere, ergo eo iure quòd non habet ante
ſe aliud ius. Igitur Sozi. ne dum repugnantia, imo non ue
ra aſſerere uidetur. Et ita per illum tex. in §. ſingulorū
tenet Lancel. Dec. in l. ex hoc iure ſup. de iuſt. & iur. in
princ. Neque eſt uerum quod Pau. de Caſt. dicebat in
l. 1. §. ius naturale de iuſt. & iur. quod immobilia tan
tum eſſent cōmunia non mobilia prout late uidere poteris
per Fort. in d. §. nu. 19. & 20. Quare pro reſolutione di-
cas quòd acquiſitio dominij, & eius diſtinctio deſcendit
ex eodem iure, & ex eadem ratione, qua cōmunis omniū
erat poſſ. neque hæc inter ſe pugnant hoc modo declarādo,
Dicunt .n. in primo ſtatu naturæ omnia eſſe cōmunia ſi-
cut cōmuniter creata erant à Deo, & hoc tunc temporis
dictabat ratio hominū deprauato illo primo ſtatu decuit
dominia diſtingui, & introduci eadem hominis ratione
per rationes aſſignatas per Sozi. hic. Et ſic omnia pro-
cedūt a ratione hominis inſita ei ab ipſo principio, & nun
quam mutatur, ſed ſemper eadem eſt, ſed cum naturali-
ter ad ſui conſeruationem cogitet, nouus induxit prouiſio-
nes ad ſui defenſionem & conſeruationē quæ omnia na-
turali ratione ſunt inducta attenta deprauatione ſtatus.
Et ideo diſtinctio dominij & reliqua quæ ſunt introducta
7 attento ſtatu deprauato, non dicuntur contra rationē na-
turalem, ſed bene contra id quod ratio naturalis hominis
attento primo ſtatu dictabat. Et ita intelligas tex. in .§.
ius autem gentium. Et licet hæc iuris gētium dicantur,
non per hoc negantur eſſe iuris naturalis, imo ius gentiū,
ius naturale dicitur., ut in .§. quod uero naturalis ratio.
inſt. de iur. natur. Et in .§. ſingulorum de rer. diui. &
ius gentiū dicitur quia gētes eo iure utuntur. Et quia ex
inceſſantibus ſuperuenientibus ratio hominis id conſtituit.
Sic uides quòd ratio eſt eadē, licet cōſtitutiones attēto ſta
tu deprauato ſint diuerſe. Neq; prædictis obſtat, quòd ius
naturale competat omnibus animantibus, quia illud eſt
uerum, & intelligitur ſecundum quamlibet ſpeciem cu-
iuslibet animantis non tamen unum & idem docuit om-

nia animalia, & illud tantum dicitur de iure naturali,
quia hoc eſſet inconueniens, licet exempla poſita inſt. de
iur. nat. in princ. conueniant pariter omnibus animanti-
bus, tamen exempla poſita in c. ius naturale non conue-
niunt omnibus, & conſtat quòd ſunt iuris naturæ. Vel po
teris dicere quòd in inſt. Impera. uoluit declarare quod-
dam ius naturale quòd commune habent omnia animalia
non tamen uoluit negare quòd alia non eſſent de iure na-
turali quæ particulariter cōpetunt alicui ſpeciei, quæ alijs
non competunt, ut clarum eſt, hæc Fort. Garſi. in l. 1.
§. ius naturale ſupra de iuſt. & iur. eleganter explicat.
cap. 37. & ſatis eleganter etiam peritiſſ. Zaſ. in l. 2. ff.
de orig. iur. in 2. car.

Et idem Fort. in l. manumiſſiones ubi clarius loquitur
eo. tit. col. ante pen. Ex ſupradictis ergo non uidetur uerū
quòd ratio naturalis in primo ſtatu non dictaret omnia
cōmuniter poſſidenda, prout Sozi. hic dicebat. Et aduer
te ad unum quòd Rip. dicit, quòd fuit facta diſtinctio do-
minij, ne dominia rerū in incerto eſſent. Iſtud de iure gen
tium eſt falſum, quia non entis nullæ ſunt partes & ſi do
minium non erat, quomodo ea ratione poterit induci?

Not. quarto quòd etiam hodie quæ in bonis nullis ſunt
occupanti conceduntur, & ſic dicit Pau. de Caſt. data
paritate non eſt differentia inter acquiſitionem dominij
de iure antiquo, & ſecundum hæc tempora, differentia
ſtat quòd bona præcipue immobilia non dicuntur in bonis
nullius, niſi eo modo prout declarat Bart. in l. rem quæ
nobis tit. noſtro. Intellige tamen quòd hæc de quibus in
tex. occupanti quærantur, niſi rei qualitas aliter demon-
ſtraret, ut ſi inuenirem Gemmam in auro ligatam, ſi Cer-
uum manſuetū, ſi Leporem in domo, uel in horto dicunt,
hæ enim qualitates demonſtrant, quod in bonis nullius non
habentur. Not. quinto quòd in bello capta efficiuntur ca-
pientium, & adeo eſt uerum, ut & liberi homines in ſer-
uitutem deducantur, ut l. adeo ſup. tit. 1. & in §. item
ea quæ ex hoſtibus inſt. de rer. diuiſ. Et intantum hæc
uera ſunt, ut licite in foro conſcientiæ retineantur, ut
8 Bal. dicit quem Iaſ. allegat. † Et ideo ſeruus recedens
a domini ſeruitio peccat. c. ſi quis ſeruum el. 1. & 2. 17.
quæſt. 4. Tu conſidera, nā cum talis ſeruus poſtliminium
habeat, & in bello, & in pace, niſi aliter ſit conuentum
ut l. poſtliminij, & l. in bello cap. ff. de cap. & poſtli.
reuer. & poſtliminium ſit de iure naturali, ut l. poſtlimi-
nium quomodo peccatum eſt ſi æquitate naturali intro-
ductum eſt. Fortificatur, quia habet locum poſtliminiū,
ſiue dimiſſus ſit, ſiue ui, uel fallacia reuerſus fuerit l. ni-
hil eod. tit. Et eſt poſtliminium de iure gentium c. ius
gentium prima diſt. & uidetur probari in .§. item ea quæ
ab hoſt. ſup. alleg. Cogita quia pro nunc non ſuccurrit
congrua reſponſio. Item aduertas quia licet hæc iura di-
cant ſtatim fieri capientis, tamen declarātur per alias .ll.
ut tunc demum fiant, ſi intra præſidia hoſtium deductæ
fuerint l. poſtliminium .ff. de capti. ibi poſtliminio redi-
iſſe uidetur, & in l. poſtliminij eo. tit. ibi antequam intra
9 præſidia hoſtium. † Et ex hoc uitatur quod licet dictio
item ſoleat eſſe repetitiua omnium qualitatum, iuxta not.
in l. in repetendis de leg. 3. tamen hic non repetit. Et ra-

tio

tio eſt quia reperitur lex quæ qualificat huiuſmodi acquiſitionem. Et ſecundum eam aliæ leges ſunt intelligende. Notatur etiam ex hoc textu ita declarato, quod licet una & eadem determinatio debeat, & ſoleat pari formiter determinare l. iam hoc iure de uulg. & pupil. tamen hic ſecus eſt. Sed poteris dicere quod determinat æqualiter reſpectu principalis diſpoſitionis. Conſidera tamen unum nunquid id quod dicitur in illis iuribus habeat tantum locum in illis rebus in quibus habet locum poſtl. quas ponit Iuriſcon. in l. 2. eod. tit. & infra declarabo. Et in alijs rebus uera ſit opi. & deciſio iurium dicentium quòd ſtatim fiant capientium. Cogita quia non firmo & tandem dicerem idem in alijs rebus quia non dicuntur perfecte acquiſita, niſi intra præſidia ſint deducta.

10 † Item ulterius notandũ eſt, quod licet hæc iura dicant ſtatim capientium fieri, & protinus, quæ in bello capta ſunt, debent tamen duci belli præſentari, ut poſt modum commoda & iuſta fiat diuiſio pro qualitatibus perſonarũ c. ius militare 1. diſtin. c. dicat aliquis 23. queſt. 5. & l. pen. C. de donat. Et ultra hæc iura eſt ratio uiua quã Iaſ. & alij deducunt, & ſentit Alex. quòd non fiat capientiũ niſi facta diſtributione cum facile poterit eſſe, quod unus habeat partem ab alijs captam. Et ſecundum hanc opin. eſt neceſſe intelligere fiunt capientium, hoc eſt in communi non particulari, uel fiunt capientium reſpectu priorum dominorum, quia ab eis ſeparantur. iuxta not. in c. dicat aliquis. Sed iſtud uidetur multum deſtruere iura ſimpliciter dicentia, quòd ſtatim fiunt capientium, & exponere ut ſup. eſt uolare. Item æquiperatio quæ fit hic de gemmis & margaritis non conuenit. Item fit æquiperatio ad ea quæ naſcuntur ex animalibus noſtris inſt. de rer. diuiſ. §. item quæ ex animalibus, & profecto ſi uoluiſſet hoc legiſlator potuiſſet exprimere. Ideo in hac difficultate inhærendum eſt diſtinctioni Saly. in l. ab hoſtibus col. 2. quæ in propoſito eſt pulcherrima & rationabilis. Quod aut capta ſunt ab hoſtibus per unam legionem, uel per unum exercitum inſimul cum alio pugnando, & uera ſunt ea iura quæ dicũt Duci eſſe offerenda, ut diſtribuãtur, & hoc caſu poſſumus dicere, quòd efficiantur ſtatim capientium in communi. Quo etiam caſu uerificantur iura dicentia ſtatim & protinus fieri capientium. Aduerte tamen quia tex. in d. penul. C. de dona. non uidetur probare cõmunem opin. tex. n. ibi dicit, ſiue ex ſua ſubſtantia, ſiue ex ſpolijs hoſtiũ, nam etiam magiſter militum ex ſpolijs proprio labore quæſitis poteſt donare alias quomodo ibi tractaretur de donatione. Aut capta ab hoſtibus capiuntur, non ab una legione, ſed ab aliquo tranſcurrendo exercitũ inimicorum & tunc hæc non ſunt Duci offerenda, ſed ſtatim capientium fiunt & ita ſimpliciter poſſunt intelligi iura ſup. allegata. Vel unico uerbo dic quòd iure g. talis præſentatio non reperitur, & ita loquuntur iura ſimpliciter dicẽtia protinus eorũ fieri qui poſſederint ſed poſtmodũ alio iure fuit inducta. Intellige et, quòd capta ab hoſtibus efficiuntur capientium quando capiuntur res propriæ ipſorum hoſtium, ſecus ſi capiantur ea quæ ſemel noſtra fuere. nam hæc prioribus domini. ſunt reſtituenda l. ab hoſtibus la. 2. C. de capt. Et ex hac declaratione uiſertur, ad queſt. Io. Andr. quã hic ponit Alex. & Iaſ. ac Mod.

11 Flor. † Nunquid recuperata ab hoſtibus ſint prioribus dominis reſtituenda, uel efficiantur recuperantiũ. Et quòd debeant reſtitui prioribus dominis, facit ille text. in d. l. ab hoſtibus, tum in ſui deciſione, tum etiam in ſui ratione, ibi receptos .n. eos. Secundo ad idem facit text in l. ſi quid in bello 2. reſponſo. ff. de cap. ubi ſimiliter captus priori domino reſtituitur. Tertio facit text. in l. ſi cap. §. 1 .eo. tit. ſed ibi loquitur in rebus immobilibus & potius facit pro contraria, ut ſtatim deducam. Quarto facit l. Pomponius ſup. tit. prox. Pro contraria uero optime facit arg. l. pe. C. de ſolu. quam Iaſ. hic deducit. Secundo facit l. ſi cap. §. 1. de cap. ubi cum miſterio loquitur de rebus immobilibus quæ non ſunt loco prædæ. ergo aliud in mobilibus. Tertio facit generaliter l. ſi quid in bello eo. tit. ibi prædæ. loco eſt. i. occupanti conceditur, ut Bar. ibi dicit. Quarto loco facit autoritas Veter. teſtam. de Rege Dauid adducta per Ang. in l. ab hoſtibus C. de capt. ut hic per Iaſ. Io. Andr. dicebat quòd de iure prioribus dominis bona eſſent reſtituenda, licet de conſuetudine contrarium obſeruaretur per iura adducta in prima parte, quando ex interuallo fieret recuperatio. Sed ſi incontinenti, conſuetudo idem obſeruat quòd reſtituantur. Et ad contraria reſpondebat, quòd loquebantur in rebus captis ipſorum hoſtium quæ non fuerunt amicorum. Sed hæc reſolutio uidetur multum reſtringere illa iura, & nõ uidentur pati hanc reſolutionem, & maxime tex in l. ſi captiuus in §. 1. qui cum miniſterio loquitur, ut dixi in rebus immobilibus, quæ non ſunt loco prædæ. Et autoritas illa Vet. teſt. refragatur Iaſ. hic concludit ex intentione Ang. in d. l. ab hoſtib. quòd immo ſi ex interuallo fiat recuperatio non ſunt reſtituenda. Sed ex his non habetur reſolutio contrariorum. Item quòd etiam ex interuallo ſi fiat recuperatio reſtituantur probat text. in l. ſi quid in bello 2. reſpon. Ripa diſtinguit quòd aut recuperatio eſt facta a militibus ſtipendiatis, aut nõ ſtipẽdiatis. Primo caſu reſtituitur prioribus dominis. Secundo non. Iſta diſtinctio iure non probatur & olim milites neceſſarium habebant ſtipendium, ut colliges ex c. quid culpatur 23. queſt. 5. neque uidetur conſonũ quòd talis fiat differentia. Moder. Flor. titubant, & nihil boni dicunt. Quidã ex noſtris diſtinguunt, aut ſumus in ſeruis, aut in alijs rebus. Primo caſu prioribus dominis reſtituuntur, alia autem bona minime, & conantur aſſignare differentiam, ſed nihil boni afferunt, neq; poteſt aſſignari ſufficiẽs ratio. Tu autem breuiter pro reſolutione ſic diſtingue, quòd aut recuperatio eſt facta incontinenti, & in hoc omnes concordant quod reſtituantur prioribus dominis, arg. tex. in l. 3. infra de ui & ui arm. in §. cum igitur, & eſt bonus tex. in l. qui poſſeſſionem eod. tit. non. n. uidetur tunc amiſſa ad quod non facit text. ponderatus per Iaſ. in d. l. ab hoſtibus C. de cap. in uer. illico quia reſpondet ut per Flor. quod refertur ad recuperationem quam illico facit poſtquam liberatus eſt ſeruus. Aut recuperatio eſt facta ex interuallo, & tunc ſubdiſtingue, aut ſumus in rebus habentibus poſtliminium (quæ qualia ſint apparet ex l. 2. de cap. & poſt.) & tunc quia recipiunt poſtliminium ſtatum,

tum, & hæc ſi bene aduertatur fuit intentio Bart. in l. ſi quid in bello in fi. de capt. dum opponit de l. 2. & eum ſequitur Saly. & declarat in d. l. ab hoſtibus in 1. col. quē Moder. Floren. uiderunt, ſed non guſtarunt, & idem tenet Ang. in diſput. renouata guerra col. 4. Intellige ēt
12 prædicta quod capta in bello efficiantur capientium, ſi capta ſint in bello iuſto. Sed quæritur quæ nam faciant bellum iuſtum ſiu licitum Aret: inclinat quod ne dum requiratur indictio principis, ſed etiā iuſtitia ipſius indict. pro qua argu dicendo princeps non poteſt ſine cauſa aliquem re ſua [illegible]uare, late Bart. improb. ff. & Dec. in c. quæ in eccleſiarum de conſt. ergo quemadmodū directe, ita nec indirecte ne quod una uia prohibetur, alia permitatur, arg. l. oratio. ff. de ſpōnſ. Secundo facit quia bella ſunt de iure gentium ius autem gentium ſemper æquū & bonum eſt, ut probatur in l. 1. de iuſt. & iur. glo. in §. ius autem gentium inſt. de iur. nat. Sed ex bono & æquo non conuenit, ut ex bello illicito iure gentium acquiratur, ergo. Tertio facit tex. in c. ſicut il terzo de iur. iu. ubi propter iniuſtitiam belli ille cogitur reſtituere, & ſibi non acquirit. Quarto facit quia quis ex ſua nequitia lucrari non debet l. 1. in princ. & l. ne ex dolo. ff. de dolo, ergo requiritur iuſtitia cauſæ.

In contrarium facit, quia hoſtes ſimpliciter dicuntur quibus bellum indictum eſt, uel a populo, uel a principe l. hoſtes. ff. de cap. & hoc tantum attenditur. Secundo cōprobatur per c. ſi Epiſcopus de ſupplend. negli. in 6. ubi Epiſcopus captus a ſciſmaticis fit ſeruus, & tamē ex parte ipſorum iuſtitia belli non fuit. Tertio facit quia ſiue Romani cœperit aliquem ſiue parti uel alij cœperint aliquē ex Romanis utroq; caſu ſeruus quis efficitur d. l. hoſtes, & tamen ex utraq; parte iuſtitia eſſe non potuit. Comprobatur ex l. 5. §. fi. de capti. ubi loquitur de Marco Attilio qui fuit captus a Cartaginenſibus contra quos Romani iniurias ulciſcebantur, & bellum ex parte ipſorum erat iuſtum, quia ipſi Cartagi. tulerunt opem Tarentinis, ut ex hiſtoricis liquet. Quarto pro hac opi. facit tex. quē Florent. deducunt in l. poſtliminiū ibi per iniuriā detinetur eod. tit. & mirātur quod Mode. non adducant & non uiderint illū tex. Iudicas quòd illū tex. allegauit Iaſ. in l. ex hoc iure de iuſt. & iure in 3. col. & poſt eū Claud. ibi & licet Mod. Flor. faciāt magnū feſtū de illo tex. tamē non probat intentū eorū quia illud uerbū iniuriā non reſpicit iuſtitiam, uel iniuſtitiam cauſæ ipſius belli, ſed intentionem eius qui captus eſt, qui credit iniuſte detineri, qui aūt cepit iuſte cœpiſſe ait, & hoc uiua rōne demonſtratur, quia ibi iuriſconſ. loquens de poſtliminio loquitur tū in romanis tū in hoſtibus ipſorū, ſiue in alienis populis. Et ſic unuſquiſq; populus ratione iuris naturalis conſtituit quòd ubi ſuus captus eſſet ſi ad ſuos reuertitur, reciperet priſtinum ſtatum, quia unuſquiſq; ſuum putabat per iniuriam detineri. Et iſtum intellectū tradūt Mod. rni Hiſpa. in l. manumiſ. col. 5. ſup. de iuſt. & iur. & ſic apparet quod ille tex. non probat.

Vel ulterius poteris reſpondere quòd dum text. dicit per iniuriam intelligitur reſpectu eius quòd dictabat ratio naturalis in primo ſtatu, in quo bella & captiuitates non erant, ſed cœperunt eſſe eo ſtatu deprauato. Quid ergo concludendum? Breuiter quidquid ſit de iure diuino & in foro conſcientiæ. Vera concluſio eſt quòd quantū pertinet ad ius gentiū tantū fuit cōſiderata ratio ipſa naturalis, & inclinatio ipſa quæ à natura proficiſcitur, ſicut .n. bellum fuit inductū ex ratione hominum, qui naturali ratione ſtatu deprauato inclinantur ad dominia, & ad regendum, & bene facit l. 2. C. quo. & quando iudic. par. debeatur lib. 10. ibi naturale quippe. Ita quoque eadem ratione naturali fuit introducta acquiſitio rerum, & ſeruitutum conſtitutio, & ſic belli ratio æqualis eſt. Sicut .n. inſtinctu humano & ex naturali concupiſcentia quis mouetur ad bellum, ita ex eadem ad defendendum, tunc .n. gentes ſuo quæq; iure, & more uiuebant, & iuſtitiam ſiue iniuſtitiam cauſæ non conſiderabant alias non fuiſſe iuris gentium. Et ideo dicit And. Alcia. in paradox. lib. 2. cap. fi. quòd hoſtes dicuntur quaſi æquales, inde hoſtimentum quaſi æquamentum; quaſi dicat ſicut quis ex naturali inclinatione, & ex laſciuia hominū inclinatur ad dominandum, ita econtrario ex eadē inclinatione quis inclinatur ad ſe tuendum in rebus, & in libertate. Et ſicut ex parte unius dictat ratio naturalis & conſtitutio iuris gentium, ut ſi ceperit aliquid ſuum efficiatur, & ſi captus ſit homo fiat ſeruus, uel quia ſeruatur a morte; uel quia ratio naturalis dictat, ut cum ego ſim tibi ſuperior, tu ſis mihi inferior. Ita ex altera parte dictat, quia ius gentium eſt, & æque apud omnes gentes obſeruatur bellum gerentes, non attenta iuſtitia cauſæ ipſius belli, ſed eo quod naturalis ratio dictat, quia putat ſe iuſtam cauſam habere cum quis ſuo iure utitur. Et eo maxime cum plerumq; dubium ſit quis nam iuſtitiā habeat. Et ex his non bene dixit Iaſ. in l. ex hoc iure. de iuſt. & iure qui dicit quòd ex l. ſtatutum fuit, quòd capti Romani per hoſtes efficerētur ſerui, nam immo hoc eſt iuris gentium, ut in l. manumiſſiones eod. tit. & inſt. ex quib. cau. man. & hoc iure gentium, neq; indictionem neceſſariam fore arbitror. Superadditum .n. fuit hoc a diſpoſitione ciuili, tunc .n. nec Reges, nec Ciuitates erant & ita reperio Alber. hoc dicere in d. l. ex hoc iure col. 1. & uide ibi Claudi. de Seyſſel. à quo forte Alcia. habuit rationem ſuam, uel ab Ange. in diſputatione ſua incipiente renouata guerra. Et uide eundem And. Alciat. in l. quos nos hoſtes ff. de uerb. ſignif. Ad fund. Are. reſpondeas, quòd dominiū ſine cauſa a Principe auferri nō poteſt præciſe & directe, ſed occaſionaliter hoc pōt, ita Lo. l. in c. quæ in eccleſiarū de cōſti. ubi Fely. & Dec. uel dicas quod cū indicebatur a prīcipe fiebat ex cauſa ille tamē cui indicebatur putabat ſe habere cauſam iuſtā. Ad c. ſicut de iure. iu. reſponde quod loquitur in foro conſcientiæ. Vel dicas quod procederent etiam hodie in foro ciuili, ſi inter aliquos populos Chriſtianos fieret bellum, & poſt ea iudicatum fuiſſet per Imperatorem, uel Pontificem mouiſſe bellum iniuſtum, nam tunc teneretur alteri, ex quo hodie ſunt Principes & reges. Ad illud quod dicitur quòd ius gentiū ſit ſemper bonum fateor, & ideo ſemper introduxit optimas & rationabiles prouiſiones, ratione malitiæ hominum. Ortiſ. .n. bellis ex iniquitate hominum rationabile fuit

ex ratione belli introducere acquiſitionem eorũ, quæ in bello capiuntur, quod apud omnes per æque obſeruatur, & ideo non obſtat illud quod quis ex iniquitate ſua lucrari non debeat, ut per Alcia. in l. quos nus hoſtes .ff. de uer. ſign.

13 *Ultimo intellige prædicta ſi caperentur in territorio hoſtium, uel capientis, non in alieno, & ita determinat Sozi. hic contra Florentinos, licet Moder. Floren. uelint ſuos ſaluare, & fundant ſe in æquiparatione text. noſtri, & in l. naturalem §. fi. ſup. tit. proximo ſed æquiparatio nõ eſt bona, quia illa acquiruntur tanquam in bonis nullius exiſtentia, & ideo text. noſter demonſtrat, quod lapilli & gemme in Littoribus inuente, & ſic in loco publico in quo uere ſunt in bonis nullius. Aues etiam & ſi ſint in tuo fundo dicuntur in bonis nullius. Et licet poſſis me prohibere, ut non uadam in fundum tuum tamen ea prohibitio non facit ut ea animalia non dicantur occupantis, ea ratione, quia donec apprehenſa non ſunt dicuntur in bonis nullius: & tuus fundus non præſtat eis ſecuritatẽ, licet poſſis agere contra ingredientem ratione iniuriæ, neq; propter hoc eas ad tuum libitum habere potes, ſecus eſt in rebus alijs quæ ſunt in alieno territorio in quo bellum non eſt indictum quia non licet illud inuadere, & tutum debet eſſe refugium, per adducta per Soz. Neq; quicquam obſtat. text. in l. naturalem .§. fin. & text. in .§. itẽ ea quæ. inſt. de rer. diu. quia dico quod immo ſi recte conſiderentur uolunt denotare quod ab ipſis hoſtibus capiantur, at ſi ſunt in alieno territorio nõ dicuntur ex hoſtibus capi, quia immediate ex his non capimus dicto ex denotat cauſam proximam l. 1. §. ex incendio de incend. rui. & naufra. Facit quia qualitas adiuncta uerbo determinatur ſecundum tempus uerbi l. in delictis .§. ſi extraneus .ff. de nox. Sed iſta põderatio non ualet, pone n. quod aliqua bona hoſtium reperiantur apud inimicos ante indictum bellum certe ſunt hoſtium, & tamen ex hoſtibus non habentur probat text. in l. in bello in uerſ. item in pace ff. de cap. ſed huic apparet reſpõſum ex eo tex. ut procedat quando bellum ſubito exarſit. Et pro opi. Soz. adduco quia ualidum eſt argum. de tempore ad locum l. unum .ff. ſi cert. pet. ſed extra tempus belli non ſiunt capientium, ita etiam nec extra locũ belli; quia uidetur eſſe eadem ratio & quia in dicto belli ſit reſpectu territorij, & eorum quæ ſunt in territorio, iſta non reperiuntur ibi ergo &c. Item ſicut quis extra ſuum territorium etiam ſuis ſubditis non poteſt imperare, ita nec hoſtes extra territorium belli indicti nullũ ius habent l. extra territoriũ quæ eſt l. fi. ff. de iur. om. iud. Sed tuendo contrariam opin. quæ in puncto iuris uidetur uerior per text. cum ibi not. in l. diuus de ſeruit. ruſt. præ. licet Glo. tenuerit contrarium in .§. fere igitur de rer. diu. inſt. tamen cõmuniter approbatur illa opin. in d. l. diuus licet Alber. ibi uoluerit concordare opin. & ſua concordia non habet rationem, & non poteſt reddi comoda ratio differentiæ inter res hoſtium, & ea quæ cæiu terra & mari capiuntur in fundo alieno. Ad primum ergo fundam. ac etiam ad ſecundum dic quòd non eſt eadem ratio, nam extra tempus belli, & eo ſoluto non dicuntur bona hoſtium, merito non ſiunt capientium, ſed exiſtente bello ſint ubicunq;, res hoſtium dicuntur, & ubiq; capta capientium efficiuntur, & dominus territorij iniuriarũ agere poteſt. De iudice argumentum non obſtat, quia habet iuriſdict. limitatam reſpectu territorij. Secus in rebus hoſtium in quibus non habemus limitatum territoriũ. Illud tamen omnino placet ut ſi a principio res fuerint reperte in dominio capientium ſiue inimicorum, & eas proſequendo capte ſint in dominio alieno quod ratione initij boni efficiantur capientium per text. in l. quod ait lex. §. quod ait lex. ad l. Iulia. de adulte. & per ea quæ ibi Bar. dicit, ad quòd uide infinita & pulchra per Hypol. in ſua practi. in. §. ulterius in princ. quicquid Iaſ. dixerit in l. pleriſq; de in ius uoc.*

14 † *Not. ſexto ibi eiuſq; rei ueſtigium, quod not. Sozi. hic ex intentione Pau. de caſt. in ſenſu contrario, quòd & ſi non conſtet ad quem ſpectent bona mobilia, nec inueniantur a priuatis occupata, nõ præſumuntur in bonis nullius, ſed cẽſetur eſſe illius Rei P. uel illius territoris, in quo ſita ſunt prædicta bona, per rationem poſitam hic per Soz. poſt Pau. de caſt. & alios. Sozi. diſtinguit concordando doct. Bar. ut per ipſum, Eius cõcordia uidetur deſtrui per*
15 *dicta Moder. Floren. Ego pro concordia dictorum Bar. in hac materia in diuerſis locis conſidero duos caſus. Primus eſt ſi principaliter agitur de dominio ut in rei uendicatione. Secundus eſt quando agitur incidenter. Primo caſu clarum eſt, quòd dominium non probatur ex ſola poſſeſſione, iuxta l. in rem .ff. de rei uend. & hoc caſu loquitur Bar. in l. remque nobis inf. eod. Secundo caſu quando incidenter agitur tunc diſtinguo, aut allegatur poſſeſſ. præterita aut præſens, ſi præſens tunc indiſtinctè ex ea probatur dominium, & hoc caſu loquitur Bar. in l. ſi duo infra uti poſſid. & eſt caſus in l. 1. fami. herciſ. ſi uero allegatur poſſeſſ. præterita, & tunc ex ea ſola nõ probatur dominium, & hoc caſu loquitur Bar. in l. rem alienam .ff. de pign. act. Iſtud ultimũ nõ procedit quando talis quæſt. incidentalis de dominio incideret inter debitorem & creditorem, quia tunc ex ſola poſſeſſione præterita probatur dominiũ, hoc caſu loquitur Bart. in l. nam quòd ſi fur. ff. ſi cert. pet. Iſta cõcordia eſt de mente Bar. in l. cum res C. de prob. in ſecun. col. uer. Ego latius iunctis his quæ ponit in l. rem alienam de pignor. act. uer. quæro circa col. 3. Conſiderabis etiam quod non uidetur quòd Bar. dicatur contrarius in locis allegatis per Aret. & Sozi. quia Bar. in l. ſi duo & in l. ſi fur. uidetur idẽ dicere quòd in l. remq; nobis quid modus probandi ſe eſſe dominũ ſit quãdo facit illam poſitionẽ quòd ipſe cũ accepit poſſeſſionem a nemine poſſidebatur, & erat in bonis nullius ſi aduerſarius fatetur habet intentum ſi nau. enim nõ tunc debet probare rem fuiſſe in bonis nullius quòd probabit ſecundum practicam Bart. in d. l. remq. nobis. Circa principalem deciſionẽ quid dicendum ſit, puto opin. Sozi. declaratam, ut per ipſum fore ueriſſimam. Et ex eius dictis remouentur dicta Moder. ſi rectè conſiderabis. Nam dum in contrarium allegant text. in l. ſi uacantia. C. de bon. uacan. ille text. loquitur in bonis iam occupatis ut clare ibi dicitur. Minus obſt. text. in l. 1. §. inſula de flumi. quia ibi erant indiſtincte limitati agri territo-*

rij ideo occupanti conceditur minus etiam facit quod di-
cum de doctrina Bar. in l. 1. in ſi. de iuriſd. omn. iud. quia
ut poteris uidere nō uide quod ipſi dicūt & uide ibi Dec.
Et in materia uideas optimū conſil. Dec. 518. Sozi. in conſ.
166. Lib. 2. in cauſa cōmunitatis. Sed poſtquam ſumus in
hoc regno iuxta prædicta excito dubitationem quid iuris
in territorio aliquo quod reperitur in aliquo feudo nun-
quid præſumatur reddititium feudo uel præſumatur allo
diale poſſent multa adduci hinc inde quæ uidere poteris
per afflict. deciſ. 267. cui addo conſi. Iaſ. 235. lib. 2. & cō
munis concluſio uidetur eſſe quòd non præſumatur feuda-
les, & ita alias fuit hic iudicatum. Sed nunc audio quòd
iſti magni proceres de ſummaria contrarium ſeruāt qui-
bus in hac re me remitto propter eorū maximā doctrinā.
Not. ſeptimo ibi lapilli & Gēme etc. quòd lapillus habet
uarias ſignificationes, ut hic per Alexan. & Peruſ. qui in-
16 ferunt ad quæſt. de muliere accuſata, quæ percuſſerit aliā
cum Lapillo, quòd & ſi teſtes dicant contenta in articulo
uera eſſe non ſit mulier condemnanda cum de Lapillo præ
tioſo intelligi poſſit, & in dubio ita intelligi debet. ut a
pena liberetur iuxta l. interpretatione & l. ſi præſes. ff. de
pen. Pro qua opin. facit id quod deducit Alcia. in l. qui
uenenum. ff. de uerbo. ſignif. fuiſſe conſultum per. Alex.
quòd cum f e ſt a iquis accuſatus quòd dederit uenenum
alicui, non ueniat puniendus cum uenenum etiam bonum
reperiatur, facit etiam doctrina Ange. in l. poſtquam. ff.
de acqu. hæred. quem Iaſo. refert in l. non hoc C. unde le-
gi, & refert hic Monſer. Facit & tertio doctrina Bar. in
l. 2. de dubus rei de eo qui accuſatur quòd uiolenter co-
gnouerit Bertam, poſſent etiā quàm plurima deduci, quæ
hic Monſer. deducit, uide per te. Peruſ. damnāt reſolutio-
nem prædictā quia quocunq; modo intelligatur facta per
cuſsio illa erit condemnanda, quia percuſsio probatur quæ
fieri potuit etiam cum Lapillo prætioſo, ſimpliciter uel li-
gato in auro, quo ſtante ubi probatio concludit in utroque
intellectu tunc eſt efficax, ut Ripa hic deducit & Iaſ. late
in d. l. non hoc in 6. limitat. Et ſecundum hanc opin. non
obſt. contraria, quia illa non concludunt in utroq; intellec
tu Monſer. non probat deciſionem in Lapillo ligato in au
ro, quia tunc anulo potius dicere facta percuſsio, quia gē-
ma cedit anulo, & difficiliter tunc poſſent teſtes depone-
re, quòd Lapillo magis quàm auro fuerit mulier percuſſa,
& ſi fuiſſet in digito pugno potius diceretur percuſſa
Ripa approbat opin. Ray. ſi diuerſa ſtarent ſtatuta,
imponentia diuerſas pœnas percutientibus cum Lapillis
pratioſis, & percutientibus cum Lapillis ledentibus.
Mihi placet in terminis quæſt. Ray. quòd omnino illa ſit
cōdemnanda quia ex genere accuſationis Lapillus non ac
cipitur pro lapillo prætioſo, ſed pro ledente, quia accuſa-
tur mulier de percuſsione, ex præcedentibus .n. declara-
tur quòd de lapillo ledente intelligatur. Facit lex cū quid
ff. ſi cert. pet. ubi Sozi. not. quòd unum uerbum declara-
tur ſecundum aliud ſibi adiunctum. Facit etiam quod di-
cit hic Monſer. ad reprobationem doct. Ange. cum accuſa
tur quis quòd uiolenter abſtulerit, uide per te. Facit etiam
quia cōmunis uſus loquendi præfertur cuilibet ſignifica-
tioni iuxta l. quod labeo de ſuppel. leg. tradunt doct. ſup.

in rub. de oper. no. nunci. Sed de communi uſu loquendi
lapillus pro lapillo ledente accipitur ſi iungatur cum hoc
uerbo percuſsit, ergo &c. Facit ultimo argumentum a
communiter accidentibus, quod deducit Monſerra. quod
in criminalibus etiam procedit. Vide Iaſo. in d. l. nō hoc
Hypoli. de Marſil. in ſingul. Primo. & ſtantibus iſtis
adducta in contrarium non urgent. Ad primum dicimus
quòd probatio eſt clara & nō dubia attentis præcedenti-
bus, & attēto cōi uſu loquendi, & attentis his quæ com
muniter accidunt. Ad ſecundam dic ut per Alcia. in
d. l. qui uenenum, quod illa doctri. non eſt uera. Similiter
nec illa Ange. nec etiam illa Bar. ut per Iaſ. late in d. l.
17 non hoc col. 2. Not. ultimo hic eſſe tex. clarum contra
opin. illorum qui uolebant quòd ſola inuentione lapilli ac
quirerentur, nam ſi recte inducas tex per naturalem poſ-
ſeſsionem acquiri clariſſimum apparebit. Neque poteſt
dici; quod ex ſolo uiſu acquiratur poſſeſsio ſicut in l. quòd
meo. §. quod ſi per uenditorem inſ. eod. nam habet locum
in re aliena concurrente domini uoluntate, hic autem ſu-
mus in his quæ ſunt in bonis nullius quorum dominiū ac-
quiritur per naturalē poſſeſsionem per iſtum text. ut de-
monſtrat dicto. Item iux. l. in repetendis de leg. 3. neque
huic text. commode reſponderi poteſt. Et ad fundamen-
tum quòd ſit de iuribus quæ uidentur dicere quod ſola in-
uentione acquirantur, reſp. quod illa declarātur per iſtū
tex. ans .n. lex quæ loquitur qualificate, qualificat omnes
alias & alias loquentes de ſimili materia arg. l. ſi pars. ff.
de peti. hæred. Et leges habuerunt pro abſolutio, quòd ſi-
quis lapillos & gemmas inueniret ſiue Margaritas eas
apprehenderet, & ideo ſimpliciter dixerunt alibi inuen-
toris ſtatim fieri demùm .n. iudicari poteſt qui eas non
apprehendit, & hoc modo poteſt reſpōderi ad tex. de the
ſauro de quo infra dicam; quia Doct. tangunt. Neque eſt
bona differētia inter ea quæ per ſe nō mouentur, & inter
ea quæ per ſe mouentur, quia nō habet rationem & iura
non probatur. Et hæc ſatis circa notabilia.
Deueniendo modo a dicta glo. illam expediam ſecundum
ordinem Bar. applicando ubi opportunum erit dicta alio-
rum, & ſiquid occurret ex ſententia animi noſtri.
Ex dictis ergo Bart. occurrunt tres concluſiones.
Prima eſt quod propria ſignificatio accipitur ex deriua-
tione ipſius uerbi, uel ab æthymologia. Secūda eſt quod ar
gumentum ualet ab æthymo. ubi diffinitio non repugnat.
Tertia eſt quod res mobiles proprie poſſidemur.
Circa primam inquantum Iaſo. colligit ex ſecunda
parte glo. ualere argumentum ab æthymologia aduerte,
quia hoc non uult glo. Sed bene dicit, quod in text.
ponitur æthimologia ſiue alluſio ſiue compoſitio, ſed be-
ne hoc uoluit glo. iuncto fine ipſius. Secundo loco ad-
uertas quod inquantum ipſe deducit ad probandum quòd
propria ſignificatio colligitur ab æthymologia, text. in
l. notionem .§. inſtrumentorum de uerb. ſignif. ille tex.
non probat hoc. Aduertas etiam dum ipſe uult oppo-
nere quòd immo propria ſignificatio ab æthymologia no.
18 ſumatur de tex. noſtro conſiderando dictionem, quaſi ua n
hæc fuit ponderatio Aret. & nihil facit quia ut pluri-
mū huiuſmodi æthymo. ponuntur per talem dictionē &
ſtat

ſtat declaratiue, & nõ eſt nota improprietatis, nã in l. 2. de excep. dicitur quod exceptio dicitur quaſi quædã excluſio. Item tex. in ſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolui. in .§. captiuitate, dum ponit deriuationem poſtliminij dicit quod dicitur quaſi finis quidam. Item tex. in c. forus in .§. iudex de uerb. ſign. dicit quod iudex dicitur quaſi ius dicens, donatio dicitur doni datio l. Senatus ſup. de dona. cau. mor. & ſic ponderatio ſua non facit, quia ea attenta in omnibus prædictis iuribus eſſet impropria deriuatio. Bene fateor quod in tex. noſtro propriè non eſt æthymologia, ſed potius alluſio quæ reſpicit tantum ſonum uocis, non autem ſubſtantiam ipſius rei, prout Alcia. in l. tabernæ de uerb. ſigni. dicit & Ripa hic ponit.

19 †Deueniendo modo ad ſecundã concluſionem Bar. concludit ualere argumẽtum ubi æthymologia non repugnat diſſinitioni, hanc doctri. reprehendit Deci. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. & fuit reprehenſio Iaſ. in articulo illo. An mobilia proprie poſsideantur licet hic uideatur tranſire cum doctr. Bar. tanquam minus periculoſa & ita Iaſ. Pau. de caſt. ibi in .§. appellata ita reprehendit, eam etiam reprehendunt alij Moder. in d. §. appellata & placet eorum reprehenſio eſt uerum quòd Mod. Flor. uolunt ſaluare hanc doctr. per ea quæ habentur in c. clericus 12. quæ. 1. ubi arguitur eſt electus in ſortẽ domini, ergo clericus. Sed aduerte quia non eſt arguere ſimpliciter æthymologia, ſed potius a diſſinitione uerbi, argueretur ab æthymolo ſi diceretur eſt electus in ſortem ergo clericus, quod non ualet, ut patet ad ſenſum. Aliam doctrinam tradit hic Cuma. quem late refert Iaſ. hic & eam reprehendit inquantum Cuma. dicebat quod negatiue ualet, et nõ affirmatiue, ubi æthymologia reſpicit ſubſtantiã, ſiue eſſentialem naturam rei, nam imo ualet etiam affirmatiue, ut patet in inſtrumento, nam ualet non inſtruit ergo non eſt inſtrumentũ, inſtruit ergo eſt inſtrumentũ. Item patet etiam in donatione in qua & affirmatiue & negatiue ualet. Item in exceptione in qua ſimiliter & negatiue & affirmatiue ualet. Item reprehendit etiã ſecundum membrũ inquantum uult quòd negatiua ualeat ſemper, quibus fundamentis apparet reſponſio clara ex dictis ſuis, & ex dictis Deci. in l. 2. §. appellata & ue. bis Cuma. Fulg. & Saly. quia in illis non ponitur æthymologia ab effectu rei & non eſt æthymologia ſed ſonus uocis quo caſu non ualet argum. Secundo loco reprobat Deci. hanc doctr. Cuma. in d. §. appellata, quia an æthymologia ſumatur ab eſſentiali natura, uel ab aliquo euentu hoc apparet ex poſt, non antẽ in principio. Ego non percipio hãc reprobationem. Dec. quinimo dico quod a principio apparet nunquid æthymologia ſumatur a ſubſtantia rei, uel ab aliquo accidenti, ſicut in l. tabernæ, ibi a tabulis quia olim ita fiebãt, nõ autẽ a ſubſtãtia accipitur. Item nuptiæ ſimiliter ab aliquo euẽtu dicũtur, quia mulier cũ olim nuberet capite uelabatur, & ſic non ab eſſentiali natura, ſed ab aliquo accidenti, & ſimiliter in Auguſto & Monacho.

Dec. in .§. appellata dat aliam reſolutionem quam uideas, & illa non placet duabus rationibus quia raro eſt quòd æthymologia non ſit latior æthymologato, & regula debet conuenire caſibus communiter accidentibus. Secunda ratio eſt quia & ſi æthymologia ſit latior, tamen iuriſc. arguit in dicto. §. appellata, ut clare conſtat. Item iudex dicitur quaſi ius dicens, & non uidetur hæc æthymologia latior, & tamen non ualet non dicit ius, ergo nõ ẽ iudex l. fin. de iuſt. & iur. licet uideatur incõtrariũ tex. in c. forus in .§. iudex. Cogitabis pro reſponſione quã forſitan colliges ex text. d. l. fi. Item aduerte dum Dec. exemplificat in exceptione, quia tex. in l. 2. dicit ſimpliciter quædam excluſio. Et ideo huc uſq; non eſt tradita firma doctrina. Quare tu re colligendo dicta ſcribentium in hac materia facias iſtam diſtinctionem. Et accipias primum membrũ Cuma. Aut æthymologia ſumitur ab eſſentiali natura rei, ſiue ab eius ſubſtantia. Et tunc ſubdiſtingue, aut æthym. non eſt latior æthymologato, & ad alia non ſe extendit, & tunc ualet affirmatiue & negatiue, ut in exemplo de inſtrumẽto de donatione, & de exceptione, & de iniuria .i. quod non iure fit, & forte his caſibus magis diffinitur uerbum quàm æthymo. ponatur, quod uidetur ſenſiſſe Alc. in l. tabernæ, & ego alias dixi inſt. quib. mod. re. contrah. oblig. ſaluando opi. Cum. Id tamen notes quòd iuriſc. in l. 1. de fide inſtrum. non uidetur ponere æthymologiam inſtrumenti ſed tantũ quod in inſtrumenti appellatione contineatur, & ueniat & ideo iuriſc. dicit difficile eſſet ſeparare quid proprie contineatur in l. notionem .§. inſtrumentorum de uerb. ſign. Aut eſt latior æthymologia, & tunc ualet negatiue, affirmatiue nõ & hoc exemplificatur in mutuo, in poſtliminio, in pontifice accipiendo æthymologiam ſcæuolæ de qua per Alcia. in parerg. lib. 2. cap. 6. in furto accipiendo æthymo. a ferendo, & in molẽdino, et ita Bal. negatiue arguebat ĩ quæſt. de qua inf. dicam & in teſtamento. Itẽ in feudo non præſtatur fidelitas ergo nõ eſt feudũ, affirmatiue nõ ualet præſtare fides ergo eſt feudũ. Aut æthymol. reſpicit id quod rationabiliter eſſe deberet, uel aliquẽ euentu rei. Et tũc neque affirmatiue, neq; negatiue ualet, exẽplifica ĩ Auguſto & Pontifice accipiendo illã æthymolo. quod pontẽ faciat ad uitã æternã, in furto etiã accipiendo illã æthymo. a nigro, uel furuo in taberna, & ita etiã poteſt uerificari tex. noſter de poſſeſsione, licet magis placeat, quòd ſit alluſio, ut infra dicã in arti. an mobilia proprie poſsideantur, & ex hoc ultimo mẽbro remouẽtur quæ Iaſ. dix. cõtra aliud membrũ Cuma. Et his caſibus recte non eſt æthymologia ſed uel ſonus uocis uel deriuatio licet do. accipiãt æquiuoce. 12

20 †Ex ſupradictis infertur ad qu. Bal. de ſtatuto quòd non liceat extrahere molendinũ de flumine Tiſini in flumẽ Padi quis extraxit ſine molis, nũquid ĩ pœnã incidat, Bal. in c. 1. §. ſi quis de manſo. de controuer. inueſt. in uſi. feud. dixit quòd nõ arguẽdo ab æthymologia negatiue. Tu autẽ pro ueritate conſidera rationẽ ſtatuti, & illa uidetur fuiſſe, ne propter talẽ extractionem homines priuarẽtur commoditate molendinorũ, et ideo dico, quòd ſi fuit extractũ molendinũ ex flumine Tiſini, quod ibi inſeruiebat in flumine Padi, etiam ſine molis, quod hoc caſu habet locũ ratio ſtatuti, & ideo debet incidere in pœnã omnino. Quid. n. ſi molas tantum extraheret nonne deberet puniri, alias fruſtatorium eſſet ſtatutum, quod eſſe, non debet, iuxt. l. ſi quando de leg. 1. c. ſi ciuitas de ſent. excom. Si ue-

quòd uerbum poſſeßio pro rei proprietate accipiatur.

Secundo aduerte quia doct. inaduertenter loquuntur dum credunt, idem eſſe lego poſſeßiones meas, & lego poſſeßionem rerum mearum, nam ſecundum Rip. in hoc ſecundo caſu etiam res mobiles legatæ uidentur. Sed eſt falſißimum, & miror quia tunc nullum dominium & nulla proprietas legata uidetur, ſed potius erit legatus quidā uſus, cum poſſeßio uſus ſit l. queſtio de uerb. ſignific. Et eſt doct. Claud hic notabilis quam uideas & referunt Flor. & ideo errant Doct. dum credūt idem eſſe & Rip. in ſuo dicto. Quid tamen iuris ſit in principali quæſt. ſententio omnino, quòd res immobiles tantum ueniant per doct. Claud. quæ eſt uerißima. Et uide omnino Luc. de pen. in l. cum neq; C. de incol. lib. 10. ubi pulcherrima iura adducit in quibus uerbum hoc poſſeßio. pro proprietate rerum immobiliū accipitur. Pro qua quæſt. non puto facere tex. in l. uxorē in . §. legauerat, quia ibi uis non ſtat in illo uerbo poßideo, immo & ſi non fuiſſet dictum poßideo, neq; calendariū neq; pecunia de qua ibi ueniret in legato per tex. in l. Gaius de lega. 2. ubi bonus tex. immo plus ex illis uerbis quicquid gadibus poßideo lego crederem quòd ſi argentum, aurum, frumentum ibi reperiretur, quòd omnino deberetur, quia uerum eſt hæc omnia poßideri & teneri dummodo ibi ſint ad perpetuum uſum, ſicut ueniunt in l. Gaius ſup. allegata. Placet ergo ad text. ille intellectus Alb. quod ideo non uenit in frumentum calendarium, & ea de quibus infra, quia ibi non erant, ut perpetuo maneret gadibus uide Imo. in d. l. Gaius. Neq; huic reſponſioni obſtat argu. Bar. in d. §. legauerat quòd ſi in marmore ſcriptum fuiſſet quòd tunc deberet uenire, nam non eſt uerum, ut Alb. ibi ſentit, quia propter hoc nomen debitoris qui perſonali actione tenetur, & pecunia quæ in calendario eſt, & calendarium non dicuntur ibi ad perpetuum uſum deſtinata cum loco non circumſcribantur, licet illæ litteræ ſint ibi repertæ, & uideas etiam alia iura quæ allegat Acur. in d. §. legauerat quæ firmant hanc ſententiā, ex quibus ſi bene conſiderabis patet quòd ille tex. non obſtat communi opinioni, quæ habet quòd mobilia propria poßidentur. Neq; placet ex his intellectus Bar. ibi. Non omitto tamen quòd acutißimus quidam Scolarıs ad tex. in. §. legauerat dicebat quòd quando iuriſconſ. in fine dicit ſup. reſponſum eſt, quòd debet accipi reſponſio primi reſponſi, ut ſic pecunia quæ in archa reperitur exacta ex nominibus debitoris, & ibi depoſita ueniat, quia ex quo tex. ibi dicit quòd pecunia erat ibi depoſita, ergo ibi deſtinata erat. Sed non placet, nec eſt iuridicum & contra communem intellectum, & quia reſponſio debet intelligi & referri ad proximiora iuribus uulgaribus. Item quia ea pecunia quæ ibi reperiebatur erat in calendario illo ueriſimiliter deſcripta, & non erat ibi ut ocioſa eſſet, ſed ut modo huc, modo illuc iret, & illud uerbum depoſita non ſtat ibi ſicut in tit. depoſiti, & ideo teneas ut
23 ſup. dixi. Et facias tres caſus, aut teſtator dixit lego poſſeſſ. meas, & ueniunt immobilia reſpectu proprietatis, aut poſſeßionem rerū mearum & uenit tantum poſſeßio ſeparata a proprietate, aut dixit quicquid in tali loco poßideo & res tam mobiles, quàm immobiles reſpectu proprietatis legatæ uidentur ſi mobiles ibi deſtinatæ erant l. Gaius de leg. 2. ſin autem ibi deſtinatæ non erāt tunc procedit tex. in . §. legauerat. Deueniendo modo ad materiam ipſius poſſeſſ. Bar. primo loco quærit quid ſit poſſeſſ. pro cuius introductione quærendum eſt in primis nunquid ſit iuris uel facti pro cuius artic. introductione in primis perſcrutandū eſſet, quid nā uelint doct. diſputare, cū quærunt hoc, quia in iure noſtro aliquid eſſe iuris multis mo-
24 dis accipitur. †Nam aliquando iura dicunt quatenus cuiuſq; interſit in facto non in iure conſiſtit ut in l. quatenus de reg. iur. & ibi accipitur quid eſſe facti, quia probationem requirit, quid eſſe iuris ibi intelligitur, hoc eſt nō egere probatione, ſed dependere a deciſione iuris. Aliquando hæc uerba aliter accipiuntur, ut in l. illa uerba de uerb. ſignifi. ubi iuriſcon. dicit uerba arbitratu Lucij Titij ius ſignificant, & imo in ſeruum non cadunt, ibi .n. ius, ſignificat .i. recipiunt iuris interpretationem, & intellectum. Aliquando etiam aliter accipiuntur hæc uerba eſſe iuris .i. a iure ciuili introductum eſt, & facti .i. iuris naturalis l. quòd ſeruus de pecu. & infra uidebis, & his modis non puto doct. diſputare an poſſeſſ. ſit quid iuris. Alio modo dicitur eſſe quid iuris, quia eſt quid in iure conſiſtens, & quid incorporale ſicut accipitur inſt. de reb. corp. & incorp. & in l. fi. C. de præſcrip. long. temp. in fi. ibi eadem dicenda ſunt in his quæ in iure conſiſtunt, ut in uſufructu, & hoc modo accipere uidetur Bar. dum cōſiderat ipſam poſſeſſ. acquiſi-
25 tā et Mod. Peruſi. hic declarāt. †In hac ergo difficultate communis opin. eſt quòd ſit iuris. Alia opi. eſt quòd ſit facti. Tertia eſt quòd ſit iuris & facti. Argu. cuiuſq; opi. uide hic per Flor & prius per Peruſin. Et ultra fundamenta ipſorum, argui poteſt etiam pro hac parte quòd ſit iuris hoc modo, nā hæreditas repreſentat omne ius defuncti l. nihil aliud eſt hæreditas de uerbo ſignific. & l. hæreditas de regu. iur. modo ſuccedit l. cepiam . ff. de uſucap. ubi iuriſconſ. uult quod hæreditas iacens impleat uſucapionem, ergo repreſentat etiam ius poſſeßionis, ne ſit contra reg. l. ſine poſſeßione. Sed huic argumēto, ut & alijs reſpondetur, immo retorquetur in contrarium, quod hic iure ſingulari receptū eſt, ut dicit tex. in l. iuſto . §. nondum adita infra de uſucap. hæreditas .n. poſſeßionem non habet l. 1 . §. ſceuola ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer. & rationem ſpecialitatis uide ibi per doct.

Secundo pro hac eadem parte uidetur tex. in l. qui pignoris infra eodem & in l. iuſta infra uti poſſeſſ. ibi plus iuris habet ergo poſſeßio eſt iuris. Sed huic fundamento reſpōdetur ſicut & alijs iuribus dicētibus ius poſſeßionis ut in l. nemo. C. eod. & in l. peregre infra eod. & in l. non ideo C. de liber. cauſ. quod ibi accipitur pro ratione ipſius poſſeſſ. dicitur .n. habeo ius in fundo, non tamen fundus eſt quid iuris habetur etiam ius detētionis, & tamen detentio non eſt quid iuris ſecundū Bar. infra in 5. col. & quotidie apponuntur in contractibus illa uerba quando uēditur fundus, cū oībus ſuis iuribus &c. Bene facit tex. in l. ſi quis ad ſe fundū C. ad Iul. le. de ui. ibi poſſe ſuis iura. Adde quæ late ponit Alexādrinus i prin. §. nihil cōe.

Tertio pro eadem opin. facere uidetur tex. in l. quæſtio

de uerb. ſignif. ibi poſſeſſio uſus eſt. Sed reſponde quod non loquitur de illo uſu prout eſt quid in iure conſiſtens, ſed prout in facto conſideratur, uide ibi Alcia.

Quarto pro hac opin. facit bonus tex. in l. cum hæredes inf. eod. inducendo, ut Perusi. hic, nam ibi iuriſc. ponit regulam quod cum hæredes facti ſumus omnia iura ad nos tranſeunt, poſſeſſio autem non, ergo poſſeſſ. uidetur eſſe quid iuris, alias inepte loqueretur iuriſc. & non fuiſſet bona exceptio. Niſi dicas ut per eos, licet reſponſio dura uideatur & referūt Moder. Peruſini, quòd unus ſcolaris non potuit unquam reſpōdere huic inductioni, tamen non uideo cur non poſſit hæc reſponſio tollerari, quòd iuriſcon. neget poſſeſſionem tranſire quia non eſt iuris ſed facti & plane text. precedit, nam ibi uult demonſtrare quæ tranſeant adita hæreditate, & quæ non, & in primis dicit, quòd omnia iura tranſeunt poſtea dicit, quod poſſeſſ. non tranſit, quia eſt facti, & ſic non uenit excipiendo, ſed ponendo aduerſatiue.

Quinto facit pro hac parte quæ mihi placet, quia ex apprehenſione rei quæ fit reſultat unum quòd eſt iuris, quod eſt poſſeſſio, nam ipſa apprehenſio non eſt poſſeſſio, differunt enim & hoc uoluit forſitan dicere iuriſc. in l. ſi ea res. §. fin. qui prior ius apprehenderit, id eſt cui prior res tradita fuerit, per quam traditionem uis poſſeſſionis habetur, & ex ea reſultat ipſa poſſeſſio, quæ differt ab actu acquiſitionis, & ab ipſa retentione.

Sexto pro hac parte facit text. in. §. ſi uxori (ibi poſſeſſionem cedat) nam uerbum cedere reſpicit iura, ut ibi not. Doct. neque ſatisfacit reſponſio Det. ibi quia dico quòd tex. ſtat proprie, nec quicquam obſtat ſi recte conſideretur, licet .n. poſſeſſio non poſſit acquiri ſine facto, tamen poſſeſſio prout eſt iuris poteſt cedi, ille tamen cui ceditur debet apprehendere ad hoc ut poſſideat, licet in alijs iuribus ſecus ſit, & ideo doct. fa. ibi ex proprium.

Verum quia prædictæ reſolutioni multa obſtant, & male ſunt reſoluta, ideo tangam aliqua fundamenta (quæ faciunt contra ipſam. Et in primis in contrarium arguitur de l. noſtra in. §. 1. & in. §. ſi uir uxori ibi (eam. n. rem facti & non iuris eſſe) in. §. ſi uir uxori (quæ facti ſunt iure ciuili non infirmantur) Soz. reſpondet, huiuſmodi iura loqui de acquiſitione ponderando in. §. 1. uerbū incipere poſſidere, & in. §. ſi uir conſiderat, quia quæ facti ſunt, ut per eum. Sed breuiter he ſolutiones non placēt ad iſta iura, quia attenta ſolutione Soz. poſtquam pupillus apprehendit ex quo eſt iuris ſecundum ipſum pupillus non poſſet poſſidere. Præterea licet ibi ſit illud uerbum incipere poſſidere, tamen non denotat id quod dicit Sozi. ſed denotat minorem ætatem ipſius pupilli, nunquid in ea poſſit incipere poſſidere, & ſic loquitur de poſſeſſione quæſita, nunquid pupillus poſſideat probatur in l. ſequitur. §. pupillus infra titu. proximo ubi ſi ceperit poſſidere uſucapit loquitur ergo quando iam eſt accepta alias non uſucapit, & ſic illa uerba nolunt quod Sozin. uult ſolut. quoque ad. §. ſi uir uxori non placet, quia uerba tex. non patiuntur. Et ideo melior eſt reſolutio quòd de retentione loquātur, quæ facti eſt ſecundum mentem Sozini. Sed tu aduerte quia ad hæc iura alia reſolutio dari poteſt, quod alium ſenſum habeant. Et pro intelligentia ſciendū eſt quòd à principio fuit quædam poſſeſſio penitus ſeparata ab omni dominio & proprietate, et erat quadā uſus, hoc uoluit tex. in c. ius naturale pri. dictin. (ibi cōmunis omnium poſſeſſio) & tex. in l. quæ ſtio de uerbo ſignific. (ibi poſſeſſio ergo uſus eſt.) Poſtmodum de iure gentium cœperunt homines pro ſuo poſſidere, quia dominia diſtincta ſunt, & hodie hac poſſeſſione quærimus ea quæ mari cœlo terra habentur, & hoc eſt quod uoluit dicere text. (eiuſq; rei ueſtigiū remanere) in l. noſtra & bonus tex. in l. 2. inf. pro ſuo, alia autem bona, cum ſint iam diſtincta dominia, non acquiruntur, niſi ſubſiſtente aliqua cauſa, iuxta l. nunquam nuda traditio ſupra titulo proximo, et quotieſcunque ex aliqua cauſa ab eo quem dominum puto habeo rem, & eam poſſederim per certum tempus, iure ciuili introducta eſt uſucapio, & illa poſſeſſio introducit uſucapionem, quæ a iure ciuili recepta, & approbata eſt, non autem quæ remanſit abſque iuris ciuilis adminiculo, & ea poſſeſſio quæ in puris terminis naturalibus remanſit facti dicitur, pro hoc bonus tex. in l. nec ſeruus. ff. de pecu. ubi dicitur quod ſeruo non debetur, nec ipſe alteri debet, & ubi abutimur hoc uerbo, magis factum quam ius ciuile ſignificamus, id eſt ius naturale in ſuis puris terminis ita glo. ibi, & tex. aliter declarari non poteſt, hoc idem uoluit dicere tex. in l. ſi unus in. §. pactus ne peteret. ff. de pact. in ſtipulationibus ius uerſatur, in pactis factum quod Alcia. in ſuis Parado. firmauit, & Fortu. Gart. in d. §. pactus ne peteret ante ipſum de quo nō facit mentionem, ad hoc etiam bene facit text. in l. fi. de capi. diminut. Modo ad propoſitum quādo text. in. §. primo dicit (eam rem enim facti non iuris eſſe) dico quòd uoluit dicere quòd illa poſſeſſio qua pupillus acquirit eſt de illo iure naturali, quo non conſiderabatur acquiſitio dominij quia ſua poſſeſſ. non eſt a iure approbata, quæ enim a iure recepta non ſunt facti dicuntur, ut ibidē late Fort. Gar. docet. Et ſi dicas iſte intellectus ad. §. primū l. noſtræ ſtare non poteſt, quia ex eo infertur, quod pupillus qui habet intellectū nō poſſit pro ſuo poſſidere ad uſucapionē, & ſic poſſidere poſſeſſione quæ iuris ſit id eſt approbata a iure ciuili, & tamē hoc falſum uidetur per l. ſequitur. §. pri. infra de uſucap. Ad hoc poteſt dupliciter reſponderi.

Primo quod iuriſcon. in. §. 1. recipiat dictū Neruæ & Offilij cum illa declaratione ſi intellectum habeat, non tamen recipiat eius rationem prout Aret. ibi tenuit, & ſi hoc non placet. Dicas quod dictum Nerua & Offilij cum eius ratione recipitur in pupillo qui habet intellectū quòd poſſit poſſidere ea poſſeſſione quæ nō eſt approbata a iure, nam quantū ad uſucapione neceſſe eſt, quod ulterius ſciat pro qua cauſa poſſidet, & habuit, nec ſufficit intelligere quod teneat, & ideo iuriſconſ. in l. ſequitur dixit quod ſi pupillus ſine tutore poſſideat & habeat animum poſſidendi dicimus poſſe eum uſucapere. Nota ergo quod prius dixit poſſideat. ex quo innuit quod poteſt poſſidere & tenere rem abſque eo quod habeat animum poſſidendi, intellige ex qua cauſa poſſideat, & ſic quando poſſidet non tamen habet animum poſſidendi, quia non intelligit ex qua cauſa poſſideat, licet intelligat ſe poſſidere, illa .n.

poſſeſſio

poſſeſſio nō dicitur eſſe iuris, ſed facti .i. poſſeſſio illa naturalis quæ non conſiderabit dominij acquiſitionem, & ita forte voluit ſentire ibi Cuman. quem Soz. refert in .§. primo l. noſtræ, licet neq; ipſe, neq; Sozi. ad iſtum tex. rem ipſam hoc modo aperiāt. ſimiliq; modo reſpondetur ad tex. in .§. ſi uir uxori, nam ibi mulier poſſidet, quia ea quæ facti ſunt iure ciuili infirmari nō poſſunt, quòd nihil aliud eſt dicere, niſi quòd ſua poſſeſſio eſt tantum naturalis, & quod hoc ſit uerum demonſtratur per l. ſi eum de donat. inter uir. & uxor. ubi tex. dicit, quòd uxor iure ciuili res non poſſidet, ergo in text. noſtro poſſidet, quia rem tenet, ſed talis poſſeſſio eſt facti .i. remanet in puris terminis iuris naturalis, abſq; iuris ciuilis approbatione, et nullum cauſat dominium. Et ita reperio, quòd hodie iſtū tex. declarat Zaſi. in d. §. ſi uir hocq; confirmatur ex l. ſtipulatio iſta .§. hæc quoque. ff. de uer. ubi ſtipulatio ſerui: quòd ſibi habere et poſſidere liceat ualet quātū ad factū pertinet, ſed non quantum ad ius ciuile, ex quibus apparet quod hæc iura non obſtant, & ad hanc concluſionem inconuenienter allegantur.

Secundo loco arguitur contra prædictam concluſ. de l. poſſeſſionē inf. eo. qui tex. confundere uidetur diſtinctionem Soz. nā ibi loquitur de poſſeſſione iam quæſita, quia tractatur de amittenda, & animſio præſupponit acquiſitionem, & tamen in prima parte dicitur quod .n. facti eſt, pupillus amittere poteſt, & ideo corpore poteſt deſinere poſſidere, ergo poſſeſſ. quæſita eſt facti. Item in ſecunda parte uidetur innuere quod poſſeſſio quæ animo retinetur, ſit iuris, & non facti, quia ſi eſſet facti poſſet pupillus amittere, ut in primo reſponſo. Ad has duas inductiones reperio, quod Aret. reſpondet in d. l. poſſeſſionem ad primam dicit quod illa poſſeſſio ibi quæſita appellatur facti, quia per poſſidentem mediante facto retinetur .i. corpore quod eſt facti, ſed tamen ipſa poſſeſſio ſeparata ab actu retentionis eſt, quid iuris. Ad ſecundam reſpondet quod tex. non uult dicere quod ſit iuris poſſeſſio, quæ retinetur animo, ſed hoc modo loquitur iuriſc. quod poſſeſſio quæ animo retinetur nō eſt facti extrinſeci prout eſt ea quæ corpore, ſed tamē eſt facti intrinſeci & ideo pupillus hoc nō poteſt ipſa tamen poſſeſſio iuris eſt, ut ſup. dixi. Tu ulterius ad illum tex. potes reſpondere, quod pupillus poteſt corpore deſinere poſſidere quia eſt facti, ideſt inſtrumentum corporis eſt iuris naturalis, quod quidem inſtrumentum eſt uiſibile, & a iure ciuili impediri non poteſt, quia talis amiſſio eſt facti, ideſt nullum producit iuris effectum, cum animo retineatur poſſeſſio & eam amittere non poteſt ſine tutore non ergo tex. uult dicere quod poſſeſſio ſit facti, ſed illud corpore deſinere poſſidere eſt facti, ideſt nullū habet iuris effectum in amittenda, niſi animus concurrat, qui ſecundum aliquos eſt inſtrumentum iuris ciuilis in retinenda, de quo infra dices. Et ſic licet tex. in fin. uellet dicere quod poſſeſſio, quæ retinetur animo ſit iuris non intelligitur, quòd ſit iuris ſicut diſputāt doct. ſed erit iuris ciuilis ratione inſtrumenti, & ita reſoluitur ille tex.

Tertio loco arguitur contra prædictam concluſionem de l. denique cum l. ſequenti quib. ex cau. maior. ibi poſſeſſio enim plurimum facti habet, cauſa autem facti poſtliminio non continetur, & certe ille tex. loquitur in quæſita poſſeſſione, ut clare ibi conſtat. Ex intentione Sozi. illa ſolutio accommodari poteſt quod poſſeſſio habet plurimum facti reſpectu retentionis, quia animo retinetur, non autem placet ut intelligatur reſpectu acquiſitionis. Monſer. hic aliter reſoluit, & ſua ſolutio habet difficultatem, uide ipſum per te, & difficultas in eo conſiſtit, quia cum alia iura ſtent in ſuſpenſo, & reuerſus captus ab hoſtibus ſtatim ea recuperet, cur non idem in poſſeſſ. ſi eſt iuris nam etiam poſſeſſ. aliquādo ſine actu corporeo a lege trāſfertur, ut habetur in l. raptores de Epiſc. & cler. Et ideo ulterius ad hoc fundamentum dici poterit quod poſſeſſ. plurimum facti habet, cauſæ autem facti non continētur poſtliminio .i. poſſeſſio plurimum habet iuris naturalis, cauſæ autem iuris naturalis non continētur poſtliminio, ideſt ius non potuit in illis tantum fingere, ſicut in illis quia tantum iuris naturalis non habent, dicitur etiam habere poſtquam eſt quæſita plurimum iuris naturalis, quia ſtatim quòd quis non habet facultatem nanciſcendi corporalem poſſeſſionē, nō dicitur eam retinere l. 1 .§. nerua filius infra eod. ideo capto aliquo ab hoſtibus perditur illud poſſe naſciſci, nam cum ab alijs detinetur minime poſſidet, & ideo lex nō fecit, ut ſtaret in ſuſpenſo, in alijs autem iuribus fecit, quia animus poteſt aliquid operari, quia in illis non conſideratur hæc ratio de qua ſup. Et ideo uidemus quòd in illis poſſeſſionibus quæ non tantum facti habent lex fingit, ut in poſſeſſione quæ habetur ex cauſa peculiari per filium, uel per ſeruum, ut colliges ex l. in bello. §. facto de capt. & ex l. ſi is qui pro emptore inf. de uſuca. Cogita quia ſæpe dubitaui.

Quarto loco facit contra prædictam concluſ. l. 3. §. 1. de bonor. poſſ. quam Monſer. ultra alios deducere dicit, ſed eſt fund. Peruſi. & ſolue ut per ipſum. Quinto ego arguo contra prædictam concl. in his quæ ſunt iuris lex non fingit ſed diſponit, ut Bar. late in l. ſi is qui pro emptore de uſuc. in ſectione inductiua. Sed ſi poſſeſſio eſſet iuris quod ſeruus meus poſſidet, proprie ego poſſiderem & non per fictionem, quod tamen eſt falſum, ut probatur in l. quod ſeruus inf. eod. ibi dominus creditur, & in l. 3. §. ſaltus hybernos ubi Are. ibi nam uidemur. Et l. noſtra. §. per ſeruū pignori ibi, uel unā cauſam uideri, & ita alijs ego arguebā & reperio hodie quòd Sozi. uidetur ſentire hoc fundamentū in d. §. per ſeruū & reſp. ut per eū ibi i prin.

Sexto facit contra conclu. prædictam tex. in l. naturaliter. § nihil cōmune inf. eo, ſed ſi poſſeſſio eſt iuris ergo habet aliquid cōmune dic, ut ibi per doct. & ibi dicam.

Ulterius facit tex. noſter ibi quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit, ergo eſt facti quia in iure non cadit inſiſtētia l. ſeruum .§. incorporales ſup. tit. 1. & l. ſequitur. § ſi uiā infra eo. ſolutio dic quod illud uerbū ei, accipitur ei .ſ. rei quæ detinetur, & ſi non placet dic ei non ſuper poſſeſſione prout eſt iuris inſiſtētia, ſed dicimus ſuper iure inſiſtere ratione inſiſtētiæ, quæ in re habetur, ut infra dicam circa iura incorporalia. Aliqui ut audio dicunt quòd eſt facti quia poſſeſſionis furtū fit, ut probatur clare in d. l. 1. de furt. ſed ſi eſſet iuris nō fieret fur ū ſed decipiūtur quia hoc attēto uſus uel uſusfructus eſſet facti per eundem

dem tex. dic ergo quòd furtũ ſit in ipſo corpore rei ratione uſus uel uſusfructus uel poſſeſſiõis. Viterius quòd ſit facti ſic probatur nam procurator in his quæ ſunt iuris ſibi prius acquirit l. 1. C. per quas perſon. nob. acquiritur uide Alex. in l. quod meo inf. eod. in princ. ſed in poſſeſſione ſibi primo non quæritur immo domino quærit. d. l. quod meo in princ. & ibi per doct. ergo eſt facti ſolue ex his quæ dicit Alex. in d. l. quod meo in pri. col. dum ſubdit rationem differentiæ. Aret. uidens iura in hac materia uarie loquentia dixit eſſe & iuris & facti & adducebat l. poſſeſſio inf. eod. Sed ſi Aret. intellexit quòd ſit iuris & facti, i. iuris naturalis & iuris ciuilis propter apprehenſionem & formam datam, recte loquitur precipue in ea poſſeſſione quæ uſucapionem producit, & ita ego intelligo l. nemo eſt C. eod. que uidetur loqui de poſſeſſione efficaci, & ea habet duas rationes, unam quæ in iure i. in approbatione iuris ciuilis conſiſtit, aliam quæ in corpore i. iure naturæ, & ita etiam intelligo tex. in l. poſſeſſio infra eod. ibi non tantum corporis ſed etiam iuris eſt. Sin autem intellexit quòd ſit facti & iuris inſimul prout Doct. intelligunt, hoc uidetur impoſſibile, ut Claud. de Sey. & Moder. dicunt, neq; pro opi. Aret. facit aliquid tex. in l. 1. §. ſceuola ſi qui. teſt. liber eſſe iuſſ. fuer. ibi poſſeſſionem hæreditas non habet quæ facti & animi eſt. i. poſſeſſio requirit factum extrinſecum & intrinſecum animi tenendi pro ſuo & hæreditas animum ſiue affectuũ non habet. merito tenere non poteſt quia & ſi poſſeſſio ſit iuris tamen retinetur organo animi qui in operationibus ſuis facti eſt, & ipſa poſſeſſio quæ retinetur differe ab actu retentionis. Et in effectu concludo quòd poſſeſſ. ſit quoddam ius intellectuale reſultans ex illa apprehenſione quæ in facto conſiſtit ex retentione quæ animo fit, ſicut ex contractu naſcitur unum quod uocatur obligatio, ſicut ex completa uſucapione quæ facti eſt, ſequitur unũ quòd eſt dominium, & ſicut ex frequẽtibus actibus inducitur unũ quòd dicitur conſuetudo quæ in ſe eſt ius, ut habetur in l. de quibus. ff. de ll. & in c. fi. extra de conſuetud. & multa ſimilia deduci poſſent, & quòd ſi iuris probatur quia quæ ſunt facti per conſtitutum non transferuntur, ſed poſſeſſio transfertur, & hæc probãtur per ea quæ ponit Alexan. in l. quòd meo in princ. colum. pen. inf. eod. Quæ nam utilitas ſit præſentis diſputationis dicũt ſcribẽt quòd ſi reſcribatur iudici, ut de iure ſitius cognoſcat poterit cognoſcere de poſſeſſione, quòd dictum crederetur uerum etiã ſi poſſeſſio non eſſet iuris; ſed facti, quia ut ſup. dixi dicimus iure fundi.

26 †Deueniendo modo ad diffinitionem poſſeſſionis. In primis circa eam aduerte quòd diffinitiones Iac. de Aret. et Iac. de Rau. quæ parum diſcrepant inter ſe optime defenſari poſſunt ab obiectionibus. Bar. attentis diffinitionibus quæ in iure noſtro reperiũtur, in quibus aliquando res diffinitur prout in eſſe deducitur, ut patet in diffinitione ſtipulationis in l. 5. §. ſtipulatio de uerb. oblig. patet ẽt in diffinit. õe uſucap. in l. 3. infra tit. pri. ibi per cõtinuationẽ poſſeſſionis, et in diffinitiõe poſtliminij ut in l. poſtliminiũ inf. de capt. ibi moribus, et in. §. ſeruitus inſt. de iure perſon. & t. adit acutiſs. Dec. in rub. de probat. ex quibus omnibus ſatis ſaluantur prædictæ diffinitiones ab obiectis Bar. ſatis .n. eſt iure noſtro. ut res ita ponatur ut cognoſcatur quid ſit ita Zaſ. hec ſaluãdo diffinitio. Azo. dicit et plures. allegat. Secundo loco aduertas ad diffinitionem Bar. qui uoluit in genere diffinire poſſeſſionẽ & excludit propter illa uerba rei nõ prohibite poſſideri res ſacras nam hoc ſtare non poteſt per tex. in. §. ſed aliquando inſt. de uſuc. & §. fi. l. cum heredes infra tit. noſtro in quibus iuribus clariſſime probatur quòd res ſacre & liber homo poſſidentur licet ea poſſeſſione quæ uſucapionem producit non poſſideantur, & ita loquitur tex. in l. qui uniuerſas. §. 1. inf. eod. & in l. cum hæredes. §. fin. & contra Bar. etiã eſt tex. in l. quæſtio de uerb. ſignif. infra ubi habetur quod poſſidere dicimur eam rem quæ ad nos pertinere non poteſt, nec pertinet ratione dominij, & Alcia. ibi poſt alios explicat in re ſacra, ergo Bar. male loquitur niſi forte ſaluãdo ipſam dicas quòd uoluit diffinire in genere ſubalterno reſpectu ciuilis poſſeſſionis, licet nõ multũ ſatiſfaciat. Aduerto etiam ulterius ad ſuam declarationem dum dicit, quòd ideo dixit ius inſiſtendi ad differentiam dominij quòd eſt ius diſponendi, nam non placet quicquid dixerit hic Aret. quia etiam poſſeſſio poteſt uendi & alienari l. ſi aliquam rem inf. eod. licet qui alienat, uel uendat poſſeſſionem non intelligatur uendere totam rem: tamen ueritas eſt quòd diſponit de iure poſſeſſionis, & ideo hæc ſua declaratio non placet. Demum conſidera quòd licet doct. dicant quod diffinitio Ioannis ſit eadem cum illa Bart. demptis illis uerbis rei non prohibite poſſideri. tamen mihi uidetur quod multum inter ſe differant, quia in illa Bart. non adeſt illud uerbũ ſibi, & in illa Ioan. adeſt, & eſt maxime importantiæ, quia illud uerbum ſibi exponi debet pro ſuo & ſic Ioann. uoluit in genere diffinire habito reſpectu ad poſſeſſionem illam in qua non cõſiderabatur acquiſitio aliqua, ſed uoluit loqui de poſſeſſione pro ſuo iux. tex. in l. 1. §. deijcitur infra de ui. & ui. arm. & in l. 1. et 2. infra pro ſuo. Sed Bar. magis in genere uoluit diffinire, ut ipſe dicit, & ideo multum differunt. Et quia ſunt aliqua motiua contra prædictas diffinitiones, ideo formabo ea & reſoluam conſiderata diffinitione utriuſque.

In primis igitur obiicitur contra diffinitionem utriuſque, quia tales diffinitiones conueniunt etiam detentioni quæ eſt ius detinendi iux. tex. in l. ſi finita. §. ſi quis metu. ff. de dam. infect. ad idem l. 2. inf. pro hered. ibi ius pignoris. Huic obiectioni quatenus conſideramus diffinitionẽ Bar. reſpondetur ex intentione Alex. quòd propter hoc nõ dicitur minus bona ex quo conuenit detentioni quia poſſeſſio in genere conſiderata comprehendit detentionem, & Bar. ita uoluit diffinire, ut apparet ex uerbis ſuis dum dicit diffiniamus, ergo ut genus, & licet poſtmodum uoluerit contrarium male dixit. Et licet talis reſolutio reprobetur per D. Iaſ. & Moder. Flor. tamẽ ipſorũ reprobatio procederet ſi in ſpecie Bar. uoluiſſet diffinire, ſed ex quo in genere uoluit comprehendit etiam eam poſſeſſ. in qua non conſideratur acquiſitio dominij quæ reſpectu poſſeſſionis quæ cauſat acquiſitionem poteſt dici detẽtatio & non dicitur poſſeſſio, ut habetur in. §. fi. l 3. inf. eod. & hæc eſt melior reſolutio quàm ea quã ponebat Aret. quem reprehen-

dit

dit Sozi. licet Flor. uelint Aret. ſaluare, et nihil boni concludenter dicunt. Si uero circa hanc obiectionem reſpicimus diffinitionem Ioan. & tunc ſoluendo dico quòd illud uerbũ ſibi quod non eſt in diffinitione Bar. tollit contrarium exponendo pro ſuo, nam qui habet ius detinendi non dicitur pro ſuo poſſidere, ſed cuſtodie cauſa ut apparet in l. 3. §. fin. & ita etiam ſeruus, licet poſſideat tamen pro ſuo non poſſidet, & hoc pacto ſaluatur utraque diffinitio ab hoc obiecto. Secundo loco obijcitur contra diffinitiones prædictas, quia etiam uſufructuario competere uidentur, ut hic per doct. per l. 1. ſup. de uſufr.
Huic obiectioni dat reſolutionem Alex. quæ de facili impugnari poſſet, licet Moder. Flor. eam ſequantur quia licet principaliter non ordinetur ad inſiſtendum, tamen ſi ex eo quòd utitur habet ius inſiſtendi, ergo uſufructuarius continetur in tali diffinitione & ideo ſi reſpicimus diffinitionem Bar. ex quo in genere diffinit poſſeſſionem, dicas quod uſufructuarius continetur, quia naturaliter poſſidet rem abſque cõſideratione acquiſitionis dominij l. naturaliter inf. eod. & hac ratione etiam cõmodatarius, & depoſitarius dicuntur poſſidere; & ſic non obſtat.
Si uero reſpicimus diffinitionem Ioann. tunc illud uerbũ ſibi expoſitum, ut ſup. tollit difficultatẽ, nam uſufructuarius non dicitur rem ſibi poſſidere i. pro ſuo, & ideo lex dicit aliquando quòd non poſſidet ut ſup. tit. prox. l. acquiritur in fi. quia poſſeſſio in iure pro ea quæ cauſat dominij acquiſitionem, ut plurimum accipitur, & ita reſoluitur hoc ſecundũ obiectum. Tertio loco obiicitur contra prædictas diffinitiones, quia uidetur competere iuribus incorporalibus propter uerbũ rei, quod eſt generale & aptum comprehendere etiam iura, & ideo Bart. damnabat diffinitionem Ioan. & tamen ipſe appoſuit tale uerbũ in ſua diffinitione. Huic difficultati reſpondetur quòd uerbum ſubſequens appoſitum in utraque diffinitione tollit contrarium, nam in diffinitione Bart. adeſt uerbum inſiſtendi, quòd non conuenit iuribus incorporalibus in quibus nõ cadit iſtud factum. Similiter in diffinitione Ioan. adeſt uerbum detinendi quòd uerbum etiam prout eſt quid facti non cadit in iuribus incorporalibus. Secundo loco reſpondebat Alexan. quòd non eſt inconueniens quòd ex quo in genere diffinitur poſſeſſio quòd conueniat iuribus incorporalibus quæ quaſi poſſidentur, ut per ipſum & Moder. Flor. quæ reſolutio damnatur per D. Iaſ. & per Flor. quia diffinitio quæ ponit quiditatẽ nõ debet impropria comprehendere, & maxime hoc eſt uerum ubi res ipſa quæ diffinitur conſideratur, ut patet in diffinitione teſtamenti, quidita non diffinitur ut comprehendat codicillum, ita late docet etiam acutiſſ. Dec. in rubr. de prob. colum. 3. Tu tamen cogita ſi dici poteſt quòd poſſeſſ. prout eſt ius poſſit etiam poni in iuribus incorporalibus per tex. in l. fin. de iun. act. qua priuat. & per l. qui uſufructũ ſup. de uſufr. & l. fi. inſ. uti poſſide in quibus iuribus poſſeſſio ſimpliciter appellatur reſpectu iurium incorporaliũ & ita aliqui intelligebãt tex. in l. nemo eſt qui ambigat C. eod. licet mihi pœnitus non ſatisfaciat, & ſicut obligatio prout eſt ius cadit proprie in iuribus ita etiam poſſeſſio & ſic prout eſt ius proprie etiam comprehendit poſſeſſionem in iuribus incorporalibus Et ſi tu dicis in eis non eſt ius inſiſtendi uel detinendi, dico quod hæc uerba reſpectu poſſeſſ. quæ eſt in iuribus impropriantur pro quaſi inſiſtentia uel detinentia, neque hoc eſt conueniens quod uerba ipſa in diffinitione poſita improprie capiantur, ut habetur inſt. de act. in prin. in uerbo debetur declarat Dec. in rubr. de probat. colum. 3. ubi allegat illum text. eſt bene uerum quòd in iuribus incorporalibus non cadit inſiſtentia, neque detinentia proprie, & ideo forte iura dicunt, quod non poſſidentur l. ſequitur. §. ſi uiã inf. eod. ſ. habita conſideratione ad poſſeſſ. prout eſt facti, ſed prout eſt ius reſultans ex aliquo facto ex patientia domini ſecus eſt, ſed ex patientia domini in iuribus incorporalibus reſultat unum quod poteſt dici poſſeſſ. prout reſultat ex illis factis in rebus corporalibus. Et hæc dici poſſunt inhærendo his quæ doct. dicunt quod iura quaſi poſſideantur pro quo uidetur bonus tex. inſt. de interd. in prin. ibi, cum de poſſeſſ. aut quaſi, & eſt bonus text. in c. cum eccleſia Sutrina de cau. poſſeſſ. & prop. dic ut infra dicam ſuo loco. Et ex his habes defenſatas prædictas diffinitiones alio modo quàm doct. conſiderent. Non omitto quod peritiſſ. D. Andr. Alcia. in d. l. de quinque pedum præſcrip. & in l. quæſtio de uerb. ſign. aſſerit quòd incaſſum doct. laborauerunt in tradendis diffinitionibus poſſeſ. cum iuriſc. in l. quæſtio clare hanc rem abſoluere uideatur, ut ipſe ibi longo ſermone explicat. Sed dicat quicquid uelit ibi non diffinitur poſſeſſio prout conſideratur cauſa acquiſitionis dominij, ſed tantũ pro quodam uſu prout olim erat ut ſup. dixi allegando illum tex. olim .n. conſiderabatur pœnitus diſtinctus ab omni acquiſitione dominij, ut patet ex illis uerbis quicquid .n. apprehendimus cuius proprietas ad nos non pertinet, nec pertinere poteſt hoc poſſeſſionem appellamus, poſſeſſio ergo uſus eſt, & tamen hodie illud non eſt uerum immo dicimus poſſidere eas res ad ius id eſt ad uſucapionem l. homo liber in fin. ſup. tit. prox. & eas acquirimus nobis quarum dominium noſtrum non eſt, olim .n. communis omniũ poſſ. non erat, niſi quidam uſus in quo quiſque acquiſitionem non conſiderabat, iure autem gentium diſtinctis dominijs cœperunt homines pro ſuo poſſidere & nõ erat amplius ſolus uſus, & hac poſſeſſione pro ſuo acquiruntur hodie omnia quæ in cœlo terra marique naſcuntur, ut l. 2. inf. pro ſuo in alijs autem non, ſed cauſa requiritur poſtquam diſtincta ſunt dominia, & nuda traditio non ſufficit l. nunquã nuda ſup. tit. prox. & alia requiruntur inſpecto iure gent. uel iure ciuili ad uſucapionẽ, & de illa poſſeſſ. primitus conſiderata loquitur iuriſc. ibi. Et hæc quantum ad diffinitionẽ cætera uide per teipſum nam ſi uellem omnium ſententiam in hac re in medium afferre laborioſum magis quam utile eſſet.

27 Agredior modo difficultatẽ illam utrũquid ſit duplex, uel unica, uel triplex, prout Bar. tenet, & uidebimus fundamenta hinc inde & demum concludam, & in primis pro enucleatione huius difficultatis præmitte quæ Cuma. hic dicit & poſt eum Sozin. & Manſer. qui declarant quod diuerſis conſiderationibus in iure noſtro appellatur poſſeſſio naturalis & quandoque ad differentiam ciuilis dicitur naturalis. Et inter alia quæ ipſi ponunt illud ad-

uertas quod non reperitur in iure noſtro text. qui appellet ciuilem poſſeſſ. ad differentiam eius poſſeſſ. quæ corpore retinetur. Immo quando iura uolunt denotare talẽ poſſeſſ. dicunt poſſeſſ. quæ animo retinetur, & hoc reſpectu non appellant eam ciuilem, ut colliges ex pluribus ex text. in l.3.§. ſine autem infra de ui & ui arm. & in l. & habet .§. eum qui de precar. infra, & l.licet C. eod. & in l.clam poßidere .§. qui ad nundinas & in l.3.§.per ſeruũ qui in fuga inf. eod. & alia ſimilia reperire licet quando ergo doct. dicunt quod qui animo poßidet ciuilem habet poſſeſſ. qui corpore naturalem, loquuntur ex eorum capite, & ſine iure, immo qui animo poßidet retinet eam poſſeſſ. quã ex apprehẽſione acquiſiuit, & naturalis dicitur & iuſta, ſi fuit talis quãdo eam apprehendit, quia eã retinet quam accepit prout colliges ex duobus iuribus inſimul iunctis l. pupillus ſup. tit. prox. & ex l. poſſeſſ. inf. eod. nam in l. poſſeßionem uult iuriſc. quod pupillus poßit corpore deſinere poßidere, animo non, & in l. pupillus uult quod non poßit poſſeſſ. naturalem amittere, ergo quæ animo retinetur dicitur naturalis. Qui ergo uolunt quod duæ ſint poſſeſſ. una naturalis quæ corpore retinetur, alia ciuilis quæ animo, non loquuntur iuridice, ut ex ſuperioribus patet, quia immo naturalis dicitur, ut Sozin. & Monſer. dicunt. Adde ex intentione Zaſi. quia natura duarũ ſpecierũ hæc eſt quod deſtructa una alia nõ deſtruatur quia ſæparatorũ ſeparata eſt ratio, ſed ſi animo deſinerem nulli dubiũ quod totã poſſeſſ. amitto, ergo hac ratione duæ dici non poſſunt. Item addo quia ſi hoc reſpectu duæ dicerentur inſimul non ſtarent ſicut nec aſinus & homo ſed animo & corpore poſſeſſ. inſimul poſſideo ergo &c. Aduertas etiam ulterius circa illã differentiã Sozi. poſſeſſ. pro ſuo, & pro non ſuo, nam talis diſtinctio probatur expreſſe in l.1.§. deicitur infra de ui, & ui armat. ibi nam, & naturalis poſſeßio, & pro ſuo & ſatis probatur in l.2. infra pro ſuo, et ex tali differẽtia multa iura reſoluuntur ut uidebis, nam naturalis poſſeſſ. pro nõ ſuo dicitur ea ĩ qua nõ conſideratur acquiſitio dominij, poſſeſ. pro ſuo ea dicitur in qua acquiſitio dominij, nam gẽtes cœperũt pro ſuo habere et poßidere, & hæc poſſeſſ. pro ſuo acquirũtur hodie ea quæ cœlo, terra, et mari, ut dicit tex. noſter & l.2. infra pro ſuo ſup. declaraui ſatis. Venio modo ad fund. principalia quod duæ dicantur. Et in primis deducitur tex. in l.2.§. quod uulgo inf. pro hæred. & text. in l.1. deicitur inf. de ui, & ui, et tex. in l. acquiritur ſup. tit. prox. iuncta l. naturalis inf. eodem ex quibus colligi uidetur quod duæ ſint, cum in omnibus demonſtretur quod ciuilis dicatur poſſeſſ. & naturalis ẽt cõſideratur. Breuiter his omnibus iuribus reſpõdetur ex ultima differentia poſita ſup. & ẽt per Soz. 5. de poſſeſſ. pro ſuo & pro nõ ſuo, & ita unico uerbo reſpõdetur omiſſa diſput. Iaſ. & Monſer. Circa reſolutionẽ Bar. Nã depoſitarius & comodatarius, uel illi de quibus i d.§. quod dicuntur poſſidere naturaliter pro nõ ſuo, & ita uſufructuarius poſſidet naturaliter rem pro nõ ſuo reſpectu rei ipſius, ut in l. naturaliter inf. eod. ſed reſpectu poſſeſſ. pro ſuo non dicitur poſſidere et ita loquitur l. acquiritur ſup. tit. 1. ſi ubi dicitur quod non poſſidet, quia ſcit ſe alienum poſſidere, & hæc eſt melior reſolutio quã illa Sozi.

Similiter uxor cui donatum eſt a marito, dicitur naturaliter poſſidere pro non ſuo, & ita punctualiter iuriſc. in l.3 §. deicitur ita exemplificat poſſeſ. pro nõ ſuo ciuiliter autẽ i. pro ſuo nõ poſſidet ut in l. cũ qui ſup. de donat. inter uirũ & uxor. & inf. habetur in .§. ſi uir uxori, & talis poſſeſſio facti appellatur: i. iuris naturalis ſecũdũ quod acquiſitio dominij nõ cõſiderabatur, at ciuilis iuris dicitur, & in ea acquiſitio dominij conſideratur, & pro ſuo, licet poſſit quis pro ſuo poſſidere poſſit, & acquirere de iure gentiũ, ut in text. noſtro ibi in his rebus &c. & in l.2. infra pro ſuo. Ex qua reſolutione apparere uidetur quod naturalis poſſeſſ. & ciuilis nõ dicãtur propter hoc duæ in ſpecie differentes, ſed potius in qualitate, & in accidenti ut Sozi. cõſiderat. Similiter creditor qui pignus poſſidet aliquãdo dicitur poſſidere, aliquãdo nõ, ut in .§. per ſeruũ infra ead. l. & in l. quicũq; de publicia, nã nõ dicitur poſſidere, quia rem pro ſuo nõ poſſidet, & dicitur poſſidere, naturaliter, & non pro ſuo ratione alicuius iuris.

Additur ulterius & pro hac parte text. in l.1.§. ueruã filius inf. eod. ſed non obſt. quia ibi naturalis poſſeſſio appellatur ea corporalis & actualis detentio rei, nam quatenus habeo facultatem occupandi rem, ius tunc meret uerę rei poſſeſſionem dum deſino habere hanc facultatem, deſino poſſidere, & quando habeo facultatem occupandi dicor retinere poſſeſſ. illam quam prius acquiſiui, & non dicitur ciuilis, ut ſup docui, cum .ñ. in rẽ ſum corpora poſſideo, cum extra rem eandem poſſeſſ. animo retineo, & ſic eſt eadem poſſeſſio. Adducitur præterea & 3. l. quemadmodũ infra eod. ibi nulla quæ dictio uidetur demoſtrare poſſeſſ. diuerſitatem. Sed reſp. quod non eſt uerum, quod propter hoc demonſtret diuerſitatem in ſpecie ſed in qualitate, & accidenti, de quo inf. in d.3.§. genera. Et non eſt inconueniens quod unica dicatur in ſpecie, & iuriſc. dicat nulla, ut in ſimili dicitur nulla eſt mihi uita expetẽda, non tamen unius hominis ſunt plures uitæ, illud. .n. ad maiorem rei exagerationẽ ſit. & exprimitur ſicut dici ſolet in ſcripturis. Qui eſt magnus ſuper omnes deos non tamen plures ſunt dei, & ideo iſte tex. non facit.

Adducit ulterius et 4 text. in l. nemo eſt qui neſciat C. eo. ibi poſſeſſ. duplicem eſſe qualitatem. Ad quem tex. poteſt reſpondere ex diuerſitate intellectus, et quilibet magis placet; quam ille qui habet quod ea uerba in iure exponuntur .ſ. animo. Dicas ergo uel quod ille text. loquitur de poſſeſſ. rerũ corporalium, et de poſſeſ. iuriũ de quibus inf. per Bart. quæ ſecundũ communem doct. dicuntur quaſi poſſideri, et facit optime c. cum eccleſia Sutrina extra de cauſ. poſſeſſ. et propr. uel dicas quod tex. uoluit ponere quod poſſeſſ. efficacis ad uſucapionem, duo ſunt neceſſaria naturalis rei apprehenſio et approbatio iuris ciuilis, et ideo ſequitur ibi de interruptione ipſius poſſeſſ. ex nullo tamen intellectu probetur quod duæ ſint poſſeſſ. ſpecie differẽtes. Adducitur et 5. pro eadem parte tex. in l. clam poſſidere .§. qui ad nundinas infra eodem nam impoſſibile eſt quod duo poſſideant eadem genere poſſeſſ. eandẽ rem l.3.§. ex contrario infra eod. l. duo. ff. de pr æcar. Sed text. ibi dicit utrunq; poſſidere tam qui ad nun-

dinas

dinas abiit quã ille qui egreſſus eſt ergo neceſſariũ eſt dicere quod duæ eſſent, & hoc eſt forte argum. Et reſolutio aliquorũ qui dicebãt quod unus poſſidet ciuiliter .i. animo ille qui eſt abſens, alius autẽ poſſidet naturaliter .i. corpore ille qui ingreſſus eſt, nõ placet, neq; eſt uera, primo quia ut ſup. docui non reperio iura quæ appellent illũ ciuiliter poſſidere ad differentiam naturalis qui animo poſſidet. Secundo loco non placet quia ſi ponimus quod ingreſſus exeat ipſe etiam ſuam poſſeſſ. retinet animo prout Bar. & alij dicunt ergo tunc eadẽ ratione dicitur ciuiliter poſſidere, & ſic duo eadem poſſeſſ. poſſiderent, eadem ratione quod eſt impoſſibile. Neq; etiam placet reſpondere quod text. in §. ex contrario procedat in poſſeſſ. ipſa naturali reſpectu inſiſtẽtie rei, quia hoc eſt cõtra communem reſolutionem, & Sozi. ibi in princ. declarat. Solue ergo ut & Sozin. ſentire uidetur uno modo, quod argumentum non procedat, quando diuerſis reſpectibus, & ſub diuerſa qualitate, & ex diuerſa cauſa duo eandem rem poſſiderent; & ita uidetur tex. clarus in c. licet. §. ex præmiſſis extra de probat. & comprobã ut per Sozi. hic. Vel & 2. reſponde quod in d. §. qui ad nundinas ingrediens nõ dicitur poſſidere, ſed detinere rem, abſens .n. retinet ſuã poſſeſſ. animo, & dum reuerſus non expellitur, uel aliter nõ timet ſemper dicitur ipſe poſſidere; & ingreſſus tantum detinet, poſtquã autem reuerſus non admittitur, uel timet reuerti, amittit poſſeſſ. l. ſi id quod in ſi. inf. eod. & licet ille qui ingreſſus eſt dicatur poſſidere, & ille et qui abſens eſt, non tamen ſequitur; ergo duæ ſunt poſſeſſ. quia abſens iuſtè poſſidet ingrediens iniuſte, & eam iniuſtam retinet ſi egreditur, neq; poteſt abſentem priuare ſua niſi eo modo ordinato a iure, quod conſeruat mihi poſſeſſ. donec nõ ſum repulſus, uel timeã ut ſup. dixi non tamen propter hoc duæ ſunt immo una in ſpecie quæ ſub diuerſis qualitatibus, diuerſis cõpetit, ut ſtatim dicam clarius. Et uidemus quod dominus rei dicitur rem poſſidere ratione conſeruandi dominij, ſiue quærendi, ut in eo qui dat rem in pignus, uſufructuarius ex cauſa quærendorum fructuum & uſuarius, ut utatur, & creditor ratione iuris pignoris & ſic ex diuerſa cauſa, duo ergo non poſſunt eandem rem poſſidere, eadem poſſeſſ. intelligitur quando uterq; uult inſolidum poſſidere ad dominium quærendum; quod eſt impoſſibile, quia ſicut duo non poſſunt eſſe domini inſolidum eiuſdem rei, ita non poſſunt poſſidere ratione eiuſdem iuris inſolidum, & ita intelligitur text. in §. ex contrario, & ita iſtud contrarium reſoluitur.

Sexto pro hac parte facit ratio urgens duo contraria non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto l. ſi ancillã infra pro ſuo, ſicut album & nigrum in eodem ſubiecto non ſtant, ſed ſi duæ non eſſent poſſeſſiones ſpecie differentes ſequeretur quod duo contraria ſtarent in eodem ſubiecto, quod hoc ſic nervon probo. Eiuſdem rei unus poteſt habere poſſeſſ. naturalem quæ iniuſta dicitur, l. quod ſeruus inf. eod. & in l. ſi duo inf. uti poſſid. & alius eiuſdem rei poteſt habere ciuilem poſſeſſ. quæ dicitur iuſta, ut in prædictis iuribus colligitur & in §. ex contrario, & in l. habebis de præca. ergo ſequitur neceſſario duas eſſe poſſeſſ. naturalem & ciuilem ſpecie differentes, nam ſicut quid nõ poteſt eſſe album & nigrum, ita etiam eadẽ poſſeſſ. iuſta & iniuſta eſſe non poteſt. Huic argumen. reſpondetur quod uerũ eſt quod duo contraria nõ poſſunt ſtare in eodẽ ſubiecto, & hoc eſt clarum, unus homo non poteſt eſſe albus & niger, & uerum eſt quod iuſtum & iniuſtũ ſunt cõtraria, & uerũ eſt quod una poſſeſſio in eodẽ indiuiduo nõ poteſt eſſe iuſta, & iniuſta, & ideo ego eadẽ poſſeſſ. nõ poſſum iuſte & iniuſte poſſidere, nec ſimiliter ut una & eadem poſſeſſio in indiuiduo apud unũ ſit iuſta, apud alium iniuſta; ita quod duo iuſte poſſideant eodem indiuiduo duo autem iniuſte inſolidum. Item unus naturaliter alter ciuiliter, uel duo naturaliter duo ciuiliter eodẽ indiuiduo poſſidere non poſſunt & eſt impoſſibile. Si .n. ſum in poſſeſſ. alicuius rei mediante iuſto tit. & bona fide iuſte dicor poſſidere ſi alius ingreditur me abſente iniuſte poſſidet, & ego retineo meam poſſeſſ. ut ſup. dixi, neq; ſtatim amitto quod ipſe ingredietur. Ipſe .n. acquirit poſſeſſ. quæ eſt eiuſdem ſpeciei cum ſit ingreſſus quæ habet iniuſtam qualitatem, propter hoc non dicantur hæ duæ qualitates ſtare in eodẽ ſubiecto, immo eſt diuerſum quia qualitas hæc iuſta ſtat in ſubiecto meæ apprenſionis, & qualitas iniuſta ſtat in ſubiecto ſuæ apprehenſionis, ſicut unus homo eſt albus, alter niger; ſed propter hoc illi homines non differunt ſpecie, ſed qualitate, ita eſt in poſſeſſione mea iuſta reſpectu alterius iniuſto; nam mea non differt a ſua, ſpecie ſed qualitate quoniã poſſeſſio eſt prædicamentum quoddam quod per plures partes diuidi poteſt, quæ poſtmodum ſunt diuerſæ qualitates ſi iuſtã habet producit effectũ iuris ſi iniuſtã minime. Neq; puto uerum quod naturalis iniuſta dicatur, & ciuilis iuſta nec obſtat tex. in l. quod ſeruus inf. eo quia ibi fuit nactus poſſeſſ. ſeruus, & ſequeretur, quod quis ciuiliter & naturaliter nõ poſſet poſſidere, quod eſt aperte falſum. Et ex ſup. dictis ſi conſiderabis intelliges tex. in §. ex contrario l. 3. inf. eod. reliqua fundam. nõ curo referre uide per te quæ in his uiris ſatis clare uidetur. Pro contraria parte multa etiã poſſent fieri fundam. ſed paucis erõ contentus. Primo loco deducitur quia rub. cãtat de acquir. poſſeſſ. in numero ſingulari ergo una eſt ĩ ſpecie. Sic et ponitur ethymologia in numero ſingulari, ut patet in l. 1. in princ. Sed hoc fundam. leue eſt, quia poſſumus tenendo contrariũ reſpondere, quod ponitur in ſingulari, quia ut genus conſideratur poſſeſſio, et tũc nõ refert an in ſingulari, an in plurali fuerit ſituata ita dicũt doct. per tex. in l. 1. §. fi. inf. eod. ubi Alex. & Aret. not. & late de hoc uide per Moder. Hiſp. in rub. inſt. de act. & breuiter ab his ſituationibus non eſt multum arguendum, & uide gloſ. rub. C. de bono. poſſeſſ. contra tabu. & eam ibi commendat Deo.

Secundo loco adducitur pro hac parte text. in l. 1. §. ſiue autem inf. de ui, & ui, arm. ibi ademiſti .n. ei poſſeſſ. quã animo & ſi non corpore retinebat, ad idem text. in l. qui bona inf. eo quæ iura Sozi. hic deducit ex quibus colligitur quod eadem ſit poſſeſſ. quæ animo retinetur & non ſit diuerſa ab ea quæ corpore retinebatur. Monſer. reſpondet ad hæc iura, quod ibi uerbũ poſſeſſ. accipitur pro re poſſeſſa. ut in l. interdum de uerb. ſign. & l. 2. C. de prob. Quæ reſolutio eſt manifeſte falſa, & mirandum

eſt in hoc de tanto uiro prædict. n. iura loquũtur de poſſ. prout eſt ius ſeparatũ a proprietate ipſius rei, & quia res clara eſt non inſiſto. Sed tuendo cõmunem ad prædicta iura reſpondetur quod non dicimus duplicem eſſe poſſeſſ. eo reſpectu, ut una ſit quæ corpore alia quæ animo, nam hoc nos fatemur eandem eſſe quæ animo retinetur cũ ea quæ ex apprehenſione fuit acquiſita, ſed dicam duplicem alio reſpectu. i. reſpectu diuerſi effectus reſultantis ut Bar. dicit, & ita poſſent euitari illa iura.

Tertio loco facit pro hac parte text. in l. 3. §. genera inf. eod. cuius inductionem uide per Sozi. hic, & ad iſtũ text. reſponde ut per doct. hic & præcipue ut per Monſer. ſecundum cuius reſolutionem tex. probat contrarium, licet reſolutio ſua non ſatisfaciat, quia ibi nõ poteſt accipi illud uerbum unum genus poſſidend. prout accipitur apud dialecticos, quia nũ uideo quod eo modo accipiendo prædicetur de pluribus differentibus ſpecie, accipiendo ſpeciẽ prout & dialectici accipiunt. Vnde ad illum text. aliter reſponderi poteſt, quod ibi tex. noluit ponere nunquid poſſeſſio eſſet unica, uel duplex. Sed ibi illud uerbum genus, ſiue genera accipitur pro qualitate & conditione rei. Sicut apud M. T. C. Epiſtolarum genera multa eſſe non ignoras frequenter dicitur, & ita apud iuriſc. huiuſmodo generis homines, ut ff. naut. caup. ſtab. in l. & ita. §. ex hoc interdicto. i. huiuſmodi qualitatis & conditionis. ſic etiam in l. quæſitum. §. idem celſus de fund. inſtr. ibi hoc genus ſeruorum. Sic & ſpecies pro qualitate & conditione rei accipitur in l. permiſceri. §. ſpecies infra tit. noſtro, ſenſus ergo illius text. erit quod poſſeſſionis unũ eſt genus. i. una eſt qualitas inſiſtendi, ſin autem reſpicimus materiam circa quam uerſatur illa qualitas inſiſtẽdi, tunc tot ſunt genera. i. tot ſunt qualitates & conditiones, ſiue modi quot ſunt etc. ut ibi. Sin uero reſpicimus ad modũ & formã duo ſunt genera. i. duæ qualitates. bona fide, et mala fide, & hoc pacto reperio quod declarat iſtum tex. peritiſ. Zaſi. in ſuo libro intellect. ſingular. char. 3. in prin. & ſecundum hanc declarationem iſte text. ſubterfugi poteſt quia alio reſpectu quam ille text. dicat dicimus duplicem eſſe poſſeſſionem.

Quarto loco pro eadem parte Monſer. hic adducit unũ fundamentum Dy. nam ſi eſſent duæ qualitates contrariæ poſſent ſtare inter eas, ſed non ſtant, ergo una eſt, quod nõ ſtent probat tex. in l. clam. §. fi. infra eod. cum l. ſequenti ubi uitium clandeſtinatis, conuertitur in uitium uiolentum Monſer. reſpondet, ut per Bart. ibi tu uide Sozin. ibi melius declarantem & reſoluentem. Et hic ſatis ſit dictum ſuper his duabus opinionibus.

Tertia eſt opin. Bart. quod ſint tres ut ipſe declarat, & communiter ſua opin. damnatur, ut uidere poteris per Alex. Pau. & Peruſ. Et ultra eorum fundamenta reperio quod D. Iaſ. infra in. §. ſi uir uxori in quinto not. adducit illũ text. cõtra hanc doctrinã Bart. dicens quod per eum confunditur doctrina ſua uideas eius inductionem per teipſum. Ego puto quod ab ea inductione poſſit ſaluari doctr. Bar. nec bene reſpõdet Iaſ. dum uult tollere, quod licet ea poſſeſſ. cauſet uſucapionem reſpectu ueri uel utilis dominij, tamen eſt potens reſpectu acquiſitionis fructuum, & naturalium acceſſionum prout Bart. conſiderat ea. n. poſſeſſiõ indicere cauſat acquiſitionem fructuum, ut ibi Iaſ. deducit, iſtud ſi. ex dictis eius non reſoluitur. Item ea poſſeſſ. de qua in d. § ſi uir uxori potuit appellari poſſeſſ. corporalis ſecundum tertiam ſpeciem poſitã per Bar. quæ parat interdictum, ut Bar. dicit & allegat text. in l. 1. §. deiicitur de ui, & ui, arm. qui loquitur de eadem poſſeſſ. de qua loquitur d. §. ſi uir uxori. Neq; obſtat quod dicit ibi Iaſ. quod corporalis dicitur clandeſtina, quia Bar. non dicit quod corporalis ſemper ſit clandeſtina, &c. quod non poſſit eſſe abſque clandeſtinitate, ſed gratia exempli loquitur & ipſemet Bart. dum loquitur de hac corporali allegat tex. in d. l. 1. §. deiicitur. Quicquid tamen ſit doctrina Bart. nõ ſatisfacit ex his quæ per Pau. & Alex. & Peruſ. deducuntur quos uideas per te, & ultra ipſos adde Soz. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas in 3. notab. infra eod. ubi inducit cõtra Bar. illũ tex. Diſcurrendo modo ſingulas ſpecies Bart. in primis cõtra diffinitionem ciuilis poſſeſſ. arguit Iaſ. de ſimplici proprietario qui poſſidet l. ſciendum. §. qui ſolam. ff. qui ſa. cog. & tamen non habet ius inſiſtendi prout Bart. conſiderat. Sed breuiter reſolutio eſt aperta & Ripa hic ſoluit & in rubri. ext. de cauſ. poſſeſſ. & proprie col. 5. uide per te ipſum. Secundo loco obſtat contra diffinitionem Bar. l. noſtra in princ. ibi dominiumq; rerum ex naturali poſſeſſ. &c. quod hodie procedit in his quæ in nullius bonis ſunt naturaliter, ergo etiam naturalis poſſeſſ. habet effectum de quo Bart. loquitur in ciuili poſſeſſ. & ita arguit Rip. in ſup. allegatis locis, & dicit in rub. ext. de cauſ. poſſeſſ. & proprie quod ad hoc fundamentum neſcit aliter reſpondere niſi quod talis naturalis ciuilis etiã dici poteſt, & ſic per iſtum text. uerificatur opin. Azo. Tu aduertas quia tex. noſter loquitur de illa prima hominis occupatione a qua dominium capit & qua mediante quiſque pro ſuo tenere capit Intentio Bar. hic eſt loqui de ciuili & de naturali poſſeſſ. quæ ex longo uſu & ex lõga inſiſtentia cauſet effectus de quibus per eum, hic. n. in tex. noſtro & ſi per occupationem acquirantur ea de quibus in eo tamen non acquiruntur ſub conſideratione longæ poſſeſſ. Sed ex ipſo actu naturalis apprehenſionis, quia quæ in bonis nullius ſunt occupanti conceduntur.

Et hoc modo iudicio mei reſp. poteſt huic fund. ſuper quo Ripa magnum facit feſtum. Aduerte etiam quod licet Bart. hic appellet ciuilem eam poſſeſſionem quæ producit effectum de quo per eum tamen alias appellatur corporalis poſſeſſio, ut ex text. in l. 1. C. de fund. patrimo. lib. 10. & tex. in auth. niſi tricennale C. de bon. mater. appellat detentationem ex quibus apparere poteſt, quod iſta dictio ciuilis poſſeſſio non ſonat niſi in qualitatem productã, & requiſitam a iure ciuili non in propriam ſpeciem, & diſtinctam a naturali poſſeſſ. ſicut dicimus de obligatione ciuili & naturali imo ciuilis ſola ſine naturali non producit quod demonſtrat tex. in §. neratius inf. uerũ eſt quod abſens retinẽdo poſſeſſionẽ quã acquiſiuit corpore & animo ſi fuit iuſta uſucapit, ſed propter hoc nõ dicitur ciuilis differẽs ſpecie imo eſt eadẽ poſſeſſio inſtrumẽto animi retenta, & hoc modo declarantur iura per Bart. allegata.

Circa

Circa oppo. Bar. cōtra ſuā diffinitionē de ciuili poſſōne. Aduertas quia ego nō uideo qualiter in. §. qui ad nundinas ille qui clā, uel ui ingreſſus eſt ciuiliter poſſideat, neque ibi tex. hoc uult cū. n. improba & iniuſta ſit eius poſſeſſio ciuilis, eſſe nō pōt & pro ſuorū habere minime ēt pōt niſi uelis dicere quod ibi naturaliter poſſideat, quæ naturalis habet aliquē effectū ciuilē quia aduerſus extraneū in interdicto erit potior. Sed non reperio legem quæ hoc reſpectu appellet ciuilem poſſeſſionē, de hoc tamen dic ut in d. §. qui ad nundinas. Item circa obiectum de creditorē qui habet pignus qui ciuiliter & naturaliter poſſidet ſecundum Bart. aduertas quia non uideo etiam qualiter creditor dicatur ciuiliter poſſidere quinimo debitor ciuiliter poſſidere, dicitur, quia uſucap. prout text. uult in. §. per ſeruum corporaliter in l. noſtra, quantum. n. attinet ad proprietatem poſſeſſionis creditor non poſſidet, ſed naturaliter tenet rem ratione pignoris, ſicut in depoſitario & colono quos iura dicunt naturaliter poſſidere, ut apparet in l. in re communi. §. neque commun. diuid. & bene facit text. in l. quæcunque de publicia, nam cum ibi ea actio detur cauſa poſſeſſionis quæ dominium reſpicit non datur ex cauſa pigneraticiæ actionis ſiue precariæ & aſſignat rationem, quia neque creditor, neque is qui precario recipit eo animo nanciſcitur poſſeſſionem, ut credat ſe dominum eſſe dicuntur ergo poſſidere naturaliter, uel retinere rem ipſam quantum ad alias cauſas ſeparatas a dominio ut ſ. ad exhibendum teneatur, ut habetur in l. 3. cū l. ſequ. ff. ad exhibend. Item ut præcario cōcedere poſſint, ut l. certe de præcar. Sed uere non poſſident ciuiliter, ut l. 3. in fi. inf. & l. ſi quis ante l. Celſus ad exhib. & d. l. certe. ff. de præcar. dic tamen de hoc ut per doct. in d. §. per ſeruum in l. noſtra & in l. cum noti. C. de præſcrip. 30. uel 40. ann. Vlterius circa oppoſi. de acquiſitione dominij per uſucapionem, uel præſcriptionem nota doctri. Bart. prout Iaſ. & Ripa faciunt & de ea faciam mentionem inf. in l. naturaliter in. §. nihil commune ubi uadet optime. Circa ſecundam ſpeciem naturalis poſſeſſionis dic ut per docto. hic quia Bar. communiter damnatur & Ripa etiam damnat. Et an uſufructuarius præſcribat dicam inf. in ſequ. quæſt. de poſſeſſ. rerum incorporalium & iurium ubi Bar. etiam tangit.

Circa tertium etiam dic ut per doct. Et tandē ſi conſiderabis opin. illa quod unica ſit eſt uerior & maxime ſi ſecundum logicos procedimus quæ uerificatur ex dictis met. Bar. qui in effectu uult tantum quod una differat ab altera, quia una eſt minus potens, alia magis potens circa productionem, & hoc non facit ſpecie differre, ſed per plus & minus, ut ex uerbis ſuis colligitur dum loquitur de emphiteota, & uſufructuario & de feudatario, qui quomodo differāt Peruſini declarāt, & Ripa addit exemplum de muliere ſterile & fertili quæ ſpecie nō differūt, in poſſeſſione, licet una pariat uſucapionem, alia non, hoc eſt propter fomentum quod habet una magis quàm alia a iure non quod ſpecie differant, hinc eſt quod ciuilis appellatur, quādo a iure ciuili fomentatur naturalis cū ſtat in puris terminis naturæ quantum ad acquiſitionem dominij in quibus non eſt cōſiderabilis talis acquiſitio, licet aliquando etiam corporalis poſſeſſ. appelletur ea q ſo pariat uſucapionem, ut ſup. dixi, nam corporalis iuxta, ſiue naturalis iuxta ciuilis dicitur & parit uſucapionem.

Comprobatur prædicta quia ſi ubi iura dicunt duæ ſunt ſpecies poſſeſſionum, una bonæ fidei, alia malæ fidei nihilominus proprie ſecundum logicos non dicuntur tales poſſeſſiones ſpecie differre, quia illæ ſunt qualitates, ut ſup. dixi multominus iſtud quod una ſit ciuilis, altera naturalis, faciet duas eſſe ſpecie differentes poſſeſſ. quia iura non appellant ſub iſto termino ſpecies, nec in eis eſt reperire aliquid, quod ſpecie faciat eas differre, et ſimiliter iuriſc. ibi in. §. genera ubi uidetur uelle hāc rem abſoluere ſi ſpecie differrent poſuiſſet. Similiter iura dicunt eſt ſpecies poſſeſſ. pro ſuo, ut habetur in l. 2. infra pro ſuo & tamen non uidetur quod ſit ſpecies differēs a poſſeſſ. pro non ſuo, & certe magis placeret, quod ſi eſſent duæ dicerentur una poſſeſſio pro ſuo, alia pro non ſuo, quia iura magis hanc diſtinctionem approbare uidentur, uel illam quam ponit iuriſc. in d. §. genera, licet in ueritate ſi logicos ſequi uolumus non dentur modo aliquo duæ ſpecie differentes & ita. Ego teneo per

28 ſupradicta. †Quærit ſubinde Bar. an in iuribus ut in ſeruitutibus detur poſſeſſio, uel quaſi poſſeſſ. ciuilis & naturalis in qua quæſt. concludit quod ſic & poſſeſſ. quaſi naturalis erit ea in qua animus non concurrit poſſeſſio quaſi ciuilis ubi animus adeſt. Ex his infert quod illæ ſeruitutes, quæ habent cauſam continuam præſcribantur per continuum uſum & concurrente animo attentis, & quia talis continuus uſus in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuam non reperitur, merito non præſcribitur niſi tanto tempore cuius non extat memoria &c. Et fundus eſt qui præſcribit cum animo domini utentis hæc in effectu uidetur eſſe eius intētio, licet multū obſcure loquatur & doct. laborent in declaratione ſuorum uerborum præcipue Iaſ. & Ripa. Circa cuius dicta puto in primis aduertendū omiſſis his quæ Ripa dicit contra fundamenta quæ cōtra Bart. deducuntur hinc inde, quod in quātum Bar. uidetur conſiderare quaſi poſſeſſionem naturalem, & quaſi poſſeſſionem ciuilem reſpectu animi, hoc non placet, quia nulla poſſeſſio ſine animo acquiri poteſt, ut clarum eſt, neq; ex eo quod in aliqua poſſeſſiōe ſit animus dicitur ciuilis prout Bar. hic aſſerere uidetur, & ea in qua animus nō ſit dicatur naturalis & dum allegāt l. qui fundū. ff. quemad. ſer. amittatur & l. 1. §. ſuis quæſitū. ff. de aqua. quotid. & eſt pro intelligentia prædictorū iuriū, uideas Pau. de Caſt. in l. ſi ædes in. §. libertas. ff. de ſeru. urba. præd. in uerſ. ſed oppo. ultra ea quæ Ripa ponit hic pro eorum declaratione. Sic etiam ibi Pau. de Caſt. declarat, quis dicatur præſcribere, uel fundus, uel homo, & qualiter libellus non eſt ineptus ſi in ſeruitutibus quæ prædio debentur & mediante prædio poſſidentur cōcludat domino deberi, quæ omnia ſunt contra Bar. hic & uide omnino eundem Pau. pro declaratione eorum quæ ponit hic Bar. in l. ſeruitutes la. 3. ff. de ſeruit. In hac ergo quæſt. ſi qua poſſeſſio, uel quaſi conſiderari poteſt de quo ſtatim dicam dicerem eam eſſe quaſi ciuilem poſſeſſ. in iuribus, ſiue in ſeruitutibus quando quis bona fide animo ſibi debitæ ſeruitutis utitur aliqua ſeruitute. Sicut conſideratur ciuilis poſſeſſio

ſeßio in rebus corporalibus, quaſi naturalis poſſeſsio erit cum quis non bona fide, non animo ſeruitutis, ſibi debite utitur, ſed pro quodam uſu ſuo, uel comoditate ſicut ſup. dixi de naturali poſſeſſ. in rebus corporalibus.

29 † Sed pro perfecta declaratione iſtorum quæro nunquid uſufructuarius præſcribat uſufructũ quid Bar. ſup. in 2. ſpecie naturalis poſſeſsionis tengit & firmauit quod ſic, & eum ſequuntur cõmuniter ſcribentes, ac ẽt illud idem firmat hic dum aperte uult quod ſeruitutes habentes cauſam continuã præſcribãtur eo modo prout ſup. dictũ eſt. Et in primis deduco pro communi aliqua fundamenta.

Primum eſt de l. fin. C. de præſcr. long. temp. 10. uel 22. ann. inſi. ubi text. loquitur generaliter, in omnibus ſeruitutibus. Secundum fundamentum eſt per tex. in l. 2. C. de ſeruit. & aqu. & l. hoc iure. §. ductus de acqu. quoti. & æſti. & l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uendic. in quibus iuribus clariſsime probari uidetur quod ſeruitutes uſu quærantur & longo tempore.

Tertium eſt per tex. in l. uſucapionem inſ. de uſucap. ubi dicit quod uſucapionem recipiunt maxime res corporales, qui text. innuit quod etiam res incorporales uſucapiantur conſiderando dictionem maxime.

Quartũ eſt omne illud quod poßideri poteſt eſt præſcriptibile ſiue uſucapibile l. ſeruitutes la 4. de ſeruit. & infra hac l. §. fi. cum le. ſequen. Sed uſusfructus poteſt poſſideri uel quaſi poſſideri l. fin. uti poſſid. & l. qui uſumfructum, ſi uſusfruct. pet. ergo &c.

Quintum eſt per deciſionem Cyn. in l. 2. quæſt. 7. C. de ſeruit. & Pau. de Caſt. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. col. pen. quã Iaſ. hic refert, ubi uolũt quod quãdo a tertio bona fide emo uſumfructũ fundi alicuius, abſq; ſcientia domini hoc caſu præſcribatur uſusfruc. uigore l. fi. C. de præſcrip. lon. temp. Sexto arguitur ubi competit publiciana ibi habet locũ præſcriptio l. eum qui de publicia. ſed pro iſtis iuribus competit l. ſi ego §. 1. eodem tit. ergo præſcribuntur, & hæc potiſsima ſunt fundamenta quæ mihi pro hac cõmuni opi. deducenda, ac cõſideranda uenerunt in mẽtem.

In contrarium tamen quod ſeruitus uſusfructus non præſcribatur, nec etiam aliæ ſeruitutes uidetur in primis text. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitut. la 4. ubi expreſſe cauetur quod in omnibus ſeruitutibus, cum incorporales ſint uel continuam cauſam non habeant, non cadit poſſeſsio & ideo uſu non capiuntur. Neq; dicas prout quidã eruditiſs. D. Ghomes Scolaris Portugallenſis dicebat, quod text. non ſtat in illa ratione tantum, quia incorporales ſunt; Sed in illa alia quia non habent cauſam continuam, ergo ſeruitutes habentes cauſam continuam poterunt præſcribi, quia dico quod eſt falſum ad illum text. ibi. u. primo ponitur dictum in ſeruitutibus ruſticorum prædiorũ, quæ uſu non capiuntur duabus rationibus. Vna quia incorporales ſunt, & non poſſidentur. Secunda quia ſeruitutes ruſticæ regulariter habent cauſam diſcontinuam, prout ibi Pau. declarat, deinde ſubdit text. Idem eſſe in ſeruitutibus urbanorũ prædiorum in quibus licet ceſſet ſecunda ratio quia regulariter habent cauſam continuam, ut ibi Pau. declarat, tamen militat prima ratio quia incorporales ſunt, & ideo uſucapi non poſſunt quia licet una ceſſet ex rationibus tamen nõ ceſſat iuris diſpoſitio iuxta affinitatis inſt. de nupt. & inconueniens fuiſſet regula in ruſticon. ibi dum loquitur de ſeruitutibus urbanis ſi nõ procederet generaliter, quia hauſtus aquæ de domo ad aliam reperitur non habere cauſam continuam ut ibi Pau. dicit, & propter hanc tantum non debuiſſet fieri illa extenſio ita generalis. Secundo loco deduco text. in l. ſequitur §. libertatem inſ. de uſucap. per quem omnino tollo fundamentum illius acutiſſ. Scholaris ibi. n. text. uult quod libertas ſeruitutum uſucapi poſſit & reddit rationẽ, quia lex ſcribonia eam uſucapionem ſuſtulit, quæ ſeruitutem conſtituebat non quæ libertatem præſtabat, & nota quod lex ponit exemplum in ſeruitute urbanorum prædiorũ altius non tollendi quæ habet cauſam continuam, ut glo. in l. ſeruitutes ſup. alleg. dic, ergo quod text. in d. l. ſeruitutes procedit etiam in habentibus cauſam continuam, et huic inductioni non potuit reſpondere. Tertio loco facit tex. in l. ſi aliena res. §. hoc iure inſ. tit. 1. cum glo. in uerbo poſſint. Quarto etiam facit text. in l. ſi ædes. §. libertas. ff. de ſerui urba. præd. & facit etiam optime in prin. in quibus iuribus clari. ſime apparet, quod libertas præſcribitur ſeruitutum, nõn autẽ ſeruitus, quia ipſa incorporalis eſt & non poſſidetur, ſed qui libertatem poſſidet ipſe præſcribit libertatem dominus, ſed quod ſeruitus præſcribatur nullibi eſt cautum. Et ſi quis hanc partem ſuſtinere uoluit, poterit ſeriatim omnibus in contrarium adductis reſpondere. Et in primis ad tex. in l. fi. de præſcrip. lon. temp. reſpõde quod illũ tex. intelligitur de uſufructu & cæteris ſeruitutibus in amittendo non in acquirẽdo & ſic ſecundum iura quæ ſup. deduxi in quibus apparet quod libertas præſcribitur, & ita glo. ibi ſoluit & Iaſ. hic & Rip. Et pro hac reſolutione eſt text. in l. ſicut C. de ſeruit. & aqua qui tex. expreſſe declarat ita eſſe intelligendũ tex. in d. l. fi. comprobatur per tex. in d. l. ſequitur de uſucap. in. §. ſi uiã ibi non utendo amittã.

Ad ſecundum fundamentum reſpondeo quod prædictæ ll. non obſtant, quia in eis non probatur quod ſeruitutes præſcribãtur quærẽdo, ſed bene in eis probatur quod duobus modis ſeruitutis impoſitæ præſumptio colligitur.

Vno modo per patientiam & ſcientiam domini 10. ann. ut in l. 2. C. de ſerui. & acqu. Alio modo per uſum tanti temporis cuius non extat memo. in incõtrarium, ut l. hoc iure. §. ductus aquæ, & d. l. ſi quis diuturno, de qua facit mentionem text. in l. 1. §. fin. & l. 2. §. idem labeo & l. fi. de aq. plu. arce. & l. apparet de itine. actuq; priua. Et in neutro caſu dicitur præſcriptio, ſi cõſiderabis in primo non, quia requiritur ſcientia & patientia domini, ut apparet in d. l. 2. C. de ſeruitu. & ſic non ex ſuo uſu & poſſeſsione, ſed ex ſcientia & patientia ſeruitus tanquam conſtituta habetur, nam in præſcriptione ſcientia non eſt neceſſaria, ut habetur in d. l. fi. C. de præſcript. long. temp. In ſecundo etiam non eſt præſcriptio, ſed præſumptio conſtitutæ ſeruitutis & operatur iſta præſumptio, ut actor teneatur probare non eſſe iuridice ſeruitutem conſtitutam. Et ſi inueniretur aliquis qui audiuerit alium dicentem non recte fuiſſe ſeruitutem conſtitutam, ſeruitus extinguitur, quod non eſſet ſi præſcriptio diceretur, ita probat text.

in l.2.§.idem labeo de aq.plu.arcen.dicitur.n. quaſi iure impoſita ſeruitus prout dicit tex.in l.1.in fi.eod.tit. per notis improprietatis & alibi in iure conſtituti loco habetur d.l.hoc iure.§.ductus aque. Et ſic non tanquam præſcripta, ſed uelut conſtituta ſeruitus habetur. Nō obſt.tertiū d.l. uſucapionem nam reſponde ut per glo.ibi, ſæpe enim abundat ut curioſus colliget. Non obſtat quartum, quia negatur quod uſufructus poſſideatur, uel alia ſeruitus l. ſequitur.§.ſi uiam in tit.prox.& l.3.inf.eod.ideo quærendo uſucapi non poſſunt ut ſup.deduxi, ſed libertas earum, uel uſufructus in amittendo præſcribi poteſt, quia intelligitur præſcripta libertas fundi ſuper quo ſeruitus erat, ut iuribus ſup.allegatis quibus adde tex.in l. menius in fin.de leg.2. & text.in l.iuſto.§. mutat. inf. tit. pri. Nec obſtat l.fin.uti poſſid.& l. qui uſufructum, ſi uſufr. petatur, quia ea iura intelliguntur de ea poſſeſſ.quæ cōpetit ratione uſufructus, nam qui eſt in fundo ratione alicuius ſeruitutis dicitur in quaſi poſſeſſione ipſius fundi non iuris, & idem Bar.innuit in l.1.§. quod autem quorum leg.nam cum in re ſit, & ius quoddam habent in ea naturaliter poſſidere uidetur, ut dicit tex.in l.naturaliter inf. eod.ratione cuius quaſi poſſeſſ. proditum eſt ſibi interdictum l. quoties de ſeruitut.la 2. ne prohibeatur uti frui, quia ſine ſeruiente non poteſt habere fructus, & ſic magis ratione iuris competit ſibi interdictum ad recuperandam poſſeſſ. quam rōne particularis poſſeſſ.l.3.in fi.de ui.arm. Et ſic cōcludo uſufructuariū non poſſidere ius uſufructus quia incorporale, & ideo quæri non poteſt per uſucapionē ſed dominus ſoli bene poteſt acquirere, quia proprie poſſidet fundum liberum. Non obſtat quintum, quia ex prædictis dicimus eam deciſionem falſam, nam aduerſus dominium dicimus, non niſi ex temporis curſus cuius nō extat memoria incontrarium, habere illum emptorem intentionem fundatā iure ſeruitutis impoſitæ, ut ſup. deduxi, ex quo ignorans præſuponitur, ſed ſi ſciens fuiſſet ex minori tempore, ut ſupra dixi per l.1.§.de ſerui. Non obſtat ſextum quia illud argumentum procedit affirmatiue, ſed negatiue minime non .n. ſequitur non procedit præſcriptio ergo non competit publicana, non patet quia a malefidei poſſeſſ. ementi bona fide competit publicana & tamen ea malefides nocet quod præſcriptionem d.l. cum.§. prætor ait de publicia.declarant doct.omnes in l. rem quæ nobis infra ubi Rip.nu.31.& ita illam regulā declarat Alex. in l. noſtra.§. & ſi ſeruus & glo. etiam in d.l.eum. Et hanc ſententiā reperio quod hodie tenet Craſſ.in libro miſcell. lib.5.cap.5. & in l. ſeruitutes de ſeru.la 4. hanc eandem ſententiam reperio ſentire Fulgo.in d. l. ſeruitutes duos tamen non uideram iam ſent.ann. 14. cum hanc ſcientiam defenſaui, & gratum mihi fuit.

Quærit Bart. an detentatio ſit iuris uel facti & con-
30 *cludit quod ſic facti, ut per eum quem multi reprobant, ut per Alex. Tu aduerte quia principale fundamentū Bart. ſecundum do. Alex. non ſubſiſtit, & dum ipſe reſpondet ad l.ſtipulatio.§.hæc quoq; decipitur, quia ille.text. uult quod ſeruus poſsit ſtipulari quod ſonat in factū non poſſidere, & ſi tu dicis quod ex ea ſtipulatione ſeruus ſtipulatur, quia ſtipulatio eſt iuris ciuilis, dic quod illa obligatio ex ea ſtipulatione fundatur in perſona domini, uide Iaſ.late declarantem in l. quod dicitur la 2.eo.tit.ideo tu dicas quod fundamentum alia ratione non placet, quia in terminis noſtris diſputamus nunquid detentatio ſit iuris i.ſit quid intellectuale & non uiſibile prout colligitur ex dictis Bar.dum allegat tex. in l.fi.de præſcrip.long.temp. qui loquitur de actionibus quæ ſequuntur nos, ſed argum. non tendit ad hoc, ſed ad demonſtrandum quod eorū quæ ſunt iuris ciuilis uel introductione, uel affectu non cadunt in ſeruum, immo accipiendo ius prout accipitur in propoſito ſeruus eſt capax eius, nam obligatio naturalis eſt iuris prout non diſputamus, ſed non eſt iuris ciuilis, & cadit in ſeruo, ut ſtatim demonſtrabo, & ideo fundamentum non obſtat. Item aduerte quod reprobatio do. Alex. circa reſponſionem ad text.in.§. ſi quis metu & l. 2.inf.pro hæred. non ſubſiſtit quia eſt allegare inconueniens, & nō eſt ſoluere, demonſtrauimus .n. quod in iuribus ſup. adductis per Bart. ad probandum quod poſſeſſ. ſit iuris non poteſt fieri fundamentum placet finaliter quod detentatio ſit facti per text. noſtrum hic dum dicit, quia naturaliter tenetur &c. Item per text.in l.poſſeſſ.§.1.infra eod.& per l. quod dicitur quam Iaſ.citat & ibi Areti. la 2.de uerb.oblig.niſi dicas quod hæc iura loquūtur de ipſo actu tenendi, nam fateor quod tenere, ire, & agere ſunt facti tamen uia, iter & actus ſunt iuris ideo ipſa detentatio in abſtracto erit fortè iuris Cogita. Vlterius id nota quod ſi teneam detentationem facti non propterea reprobarem eā diffinitionem quæ dicerem quod detentatio eſt ius, nam hoc uerbum ponitur pro quadam facultate, ſiue poteſtate, ut late uidere potes Luc. de pen.in rubri.de iure fiſci, et ponitur tanquā id quod reſultat ex detentatione, & ideo in diffinitione poſſeſſ. licet dicatur eſt ius non propterea dicitur poſſeſſ. eſſe iuris. Item nota quod licet ipſa detentatio prout eſt facti non ſit apud nos tamen ſi exiremus ex re ius detentationis eſt apud nos ut colligis ex dicto.§.ſi quis metu, & ex l.prætor in.§. in eum de bo. autem iud. poſſi. ſicut in poſſeſſ.dicimus licet corpore non inſiſtam, tamen ſi habeo animum inſiſtendi dicor poſſidere & ideo neſcio ſi Bart. bene ſentiat dum dicit quod non datur ciuilis detentatio, immo datur & erit ciuilis quando ordinarie fuit immiſſus a prætore cauſa cuſtodiæ & pariter aliquando acquiſitionem fructuum ut per Alexan.hic quia talis immiſsio approbatur a lege, ſed erit naturalis cū ſito in re ſine aliqua iuris conſideratione.*

31 *Quærit ulterius Bar.quo iure ſit introducta poſſeſſ.& communis omnium ſententia uidetur eſſe quod iuregentiū ſecundario, ut hic per Alex.& Soz.cui obſt. difficultas quia uera eſt doctrina quicquid dicāt doct.quod ius gent. eſt unicum quia ratio fuit ſemper eadem licet diuerſi mo de ſtatuerit & ordinauerit ſecundum temporum diuerſitatem ut ſupra dixi in not.& fundamenta Aret.hic ſatis urgent quicquid Iaſ.dicat, & ego dixi alias in rubr. de uerb.oblig.& aduerte ad reſolutionem Soz.dum ponit quod communis omnium poſſeſſ. fuit ex eo iuregent.quod habetur abſq; alia conſtitutione poſſeſſ. uero quæ diſtinctionem dominij introduxit fuit ex iure gentium quod ex uſu hominum conſtitutum eſt, nam cōtra ſuam regula io*

nem eſt text. in d. c. ius naturale 1. diſtinct. ubi acquiſitio eorum quæ cœlo & reſtitutio rei depoſite ponitur in eodem iure, ſimiliter obſtat tex. in .§. ſingulorum, ubi dicitur quod acquiſitio quæ fit de iure gentium fit eo iure quod eſt introductum cum ipſo genere humano, & ſic eo primo iure, ſed huic poteſt de facili reſpōderi quia hoc fateor quod ratio eadem hominis introduxit, ſed non tunc cum communis omnium erat poſſeſſ. ſed dudum poſtea deprauato ſtatu, ad c. ius naturale reſpondebat Pau. de Caſt. quod procedit in rebus mobilibus cuius reſolutio damnatur, ut late per Fortun. in .§. ius naturale l. 1. de iuſti. & iu. & certe ille text. in ſuis exemplis inordinate procedit iudicio meo, & neſcio quomodo uerum ſit quod acquiſitio ſit ex eo iure quod abſque aliqua conſtitutione habetur, cum ex hominum conſtitutione diſtincta ſint dominia, licet fateor quod omnia a ratione hominis deſcendunt quæ ſecundum ſtatus diuerſitatem introduxit remedia & prouiſionem, & ideo uereor de intellectu Fortun. ad illum text. Cogitabis. Circa id quod dubitatur quomodo obligatio naturalis cadat in ſeruū cum iuriſg. ſit quo iure ſeruus eſt annihilatus breuiter circa hoc nec Are. nec Soz. recte ſentiunt, dic ut late dixi in rubr. de uerb. oblig. ubi demonſtraui ſeruum poſſe obligari iuregent & eo iure non ſublatum conſenſum ipſi ſeruo, et obligari equitate, & ideo dico quod eodem iure inſpecto poſſidet, ſed nihil proprium retinet ut probat text. in l. quod ſeruus inſ. eod. Circa id quod Bar. dicit quod poſſeſſio ita in ſpecie diſtincta ſit de iure ciuili comproba ex his quæ dicit Lancel. Polit. in l. ex hoc iure .ff. de iuſti. & iure in eo. artic.

32 de dominio uide & not. Circa quæſti. qualiter acquiratur poſſeſſio dic ut per Bar. quem ſequuntur doct. & circa ſtatutum loquens de inuento cum armis nunquid procedat in inuento ſimpliciter non inſiſto hic, quia Alex. ſe remittit, & Sozi. etiam non tangit uide in .§. neratius.

33 Circa intellectum text in l. clauibus Bar. hic inſi. uidetur requirere quod traditio fiat in præſentia horrei, alias non procedat ille text. cuius opinionem ſatis confirmat text. in l. noſtra .§. ſi iuſſerim in fine, ibi & uina tradita uideri cum claues &c. & uenit ille text. ad confirmanda ea quæ in ſuperioribus dicta ſunt in quibus præſentia rei conſiderata fuit, ut patet ibi ergo ille text. multum coadiuuat Bart. & maxime ſecundum inductionem Aret. ibi Alex. contradicit licet dicat quod magna ſit auctoritas Bart. & fundamentis Alex. reſpondet Iaſo. & Clau. & Rip. & Florent. hic. Tu aduerte inquantum reſpondēt ad inductionem de dictione Apud, nam eorum reſpōſio nō placet dū allegant tex. in l. eū pro quo de in ius uoca, quia ibi neceſſario pro præſentia perſonæ accipitur ex qualitate actus quod ceſſat in caſu noſtro. Similiter aduerte ad unā rationem Claud. qui dicit quod ſi opi. Alex. procederet ſequeretur quod etiam in .§. ſi per uenditorem l. quod meo transferet poſſeſſio abſq; præſentia nam hoc minime ſequeretur, cum ibi non daretur aliquis actus fictus quo mediante acquireretur poſſeſſ. ſed in caſu noſtro datur clauiū traditio facta iuxta horreu, ideo hæc ratio non facit contra Alex. & ideo in puncto iuris placet eius opinio, quia in ueritate non poſſum conſiderare ad quod ſeruiat iuxta horrei cū de horreo nō tractemus, ſed de mercibus exiſtentibus in ipſo horreo, quare ſi claues traditæ ſint apud horreum ſatis eſt, quia cōſideratur tantū facilitas accipiendi poſſeſſ. rerum, quæ ita eſt ſi prope licet non corā traditio fiat, & ita Fulgo. cōſiderat in d. l. clauibus, & mihi multum placet, & tenēdo hanc partem non obſtaret inductio de .§. ſi iuſſerim, quia ibi dicitur non debere intelligi quod claues fuerint traditæ in præſentia, ſed tātum iuriſc. uult probare quod poſſeſſ. ſine actu corporali ipſius rei acquiritur, & probatur, quia traditis clauibus celle uinarie, et uina tradita ſunt licet non corporaliter apprehendatur et hoc eſt quod intendit ibi probare iuriſc. & uide ibi Sozi. qui in ſecundo caſu illius .§. defenſat non requiri præſentiam rei, quod uoluit Bar. in l. ſingularia ſi cert. pet. & ille tex. ſimpliciter loquens de traditione clauium debet gloſari per l. clauibus quæ dicit Apud quod neceſſariò præſentiam non arguit. Cogitabis circa illud quod Bart. quærit an tutor poſſit rem ſibi met tradere uide deciſione Afflicti 13. nu. 14.

34 Circa ſecundā de executore cōmunis ſententia eſt cum Bart. quem etiam Cuma. ſequitur in l. quamuis infra de bon. autho. iud. poſſ. & Alexan. hic etiā eum defendit. Aduerte tamen quia diſputatiue poſſet alia pars defenſari inſiſtendo in fundamento quod factum iudicis cenſetur factū partis l. 1. C. ſi in cau. iudica. & ſicut pars poteſt per aſpectum hoc facere, ita & iudex mediante executore, & tenendo eam non obſtat tex. adduct. per Alex. in l. quod meo in .§. fin. quia ibi non concurrebat in alia parte neq; uere neq; ficte uolūtas poſſeſſoris ſecus in caſu noſtro, neque enim obſtat unum in quo Ripa facit magnū fundamentum, quia tunc acquiritur poſſeſſio per aſpectū cum eſt uacās res, ut habetur in .§. ſi per uenditorem, ſed executor dum per aſpectū uult in poſſeſ. ponere res non eſt uacās quia dominus eſt in ea ergo etc. Reſpōde quod fundamentum militat ubi alius qui non repreſentat partē hoc facit ſed cum iudex repreſentet partē, & pars poſſit hoc facere meritò non obſtabit, & pro hac parte facit illud fundamentum quod fictio idem operatur in caſu ficto quod ueritas in caſu uero l. qui ad certum loca. nec bene Ripa reſpondet dum dicit quod hoc non procedit ne concurrant duo ſpecialia quia immo poſſunt concurrere maxime quādo unum uenit in conſequentiam alterius & pro hac parte etiam facit, quia in ueritate nō probatur iure diſtinctio Bar. dū diſtinguit an poteſt intrare, aut no Cogita tamē.

35 Circa aliam quæſt. Bart. de tutoribus curatoribus, & procuratoribus habentibus generalem cum libera doct. communiter ſeqn. Bart. hic licet Aret. in procuratore teneat contrarium, ut uide decij. do. Capicy 14 nu. 11. ubi ita tenet contra tamen hanc doct. urget multum alia opin. Bart. in l. ſi is qui pro emptore cin. ulti. & pen. quā hic adducit, ſed reſpon. omnes quod loquatur in caſu contrario & conantur reddere rationem, tu dic. quod non poteſt reddi ratio diuerſitatis bona, & facit quia idem debet operari propoſitum in propoſito quod operatur oppoſitum in oppoſito l. fin. de leg. 3. l. & ſi contra de uulg. & pup. ſi ergo procurator meus mihi quærit per actum fictum, cur etiam per actum fictum in alterū non trāſfert

cum ſit in utroq; caſu eadem uolunt.is & idem mandatū præſuppon.omnes, neque ubi ſtat unum in quo ſtat tota uis quod apud tut. uel curat. non ſit poſſeſ. & per actū fictū non poteſt transferre nam hoc eſt errare in terminis quia & ſi procurator habeat ſpeciale mandatum poſſeſ. non eſt apud ipſum, & tamen omnes fatentur quod hoc caſu per actum fictum transfert quia facit nomine domini. Ergo idem in propoſito quia iſti faciunt nomine alterius, & habent poteſtatem cum libera, meritò transferunt, & quod tutores & procuratores habentes ſpeciali mandatū equiparentur Iaſo. hic deducit & eſt clarum. Adducunt etiā cōtra Bar. tex. in l. quarundam infra eo ſecundū declarationē Ange. ibi quam ſequitur Imol. & Paul. ſed breuiter non facit quia aſpectus non dicitur actus acquirendi corporalis ut probat ille text. in fin. qui dicit quod animi poſſeſ. dicitur & uide Cuma ibi qui ita declarat, neque eſt uera illatio Ange. ibi quod per aſpectum colonus poſſit priuare poſſeſſorem, uide Soz. in. §. ſi iuſſerim qui reprobat Ange. & ſequaces, & etiam Cuma. ibi in l. quarundam, bene facit ille text. pro illa opinione Bar. de qua in l. ſi quis pro emptore ſupra adducta. & Cuma. ibi ita notat, & tenendo hanc partem quæ iudicitio meo ueriſsima uidetur non obſtat l. quamuis. §. primo. Reſponde ut per Alex. & alios & uide ibi Cuma. ad l. & per iuſiurandum in. §. tutor de accepti. reſponde ut per Iaſ. in l. ſi præſes C. de tranſact. nam liberatio per acceptilationem eſt quædam donatio quæ non eſt permiſſa etiam habentibus mandatum cum libera, & ita Monſer. reſpondet, alia non ſunt quæ urgent in procuratore uide Aret. hic qui notabiliter loquitur, ſed ego idem dico in tutore qui uicem domini ſuſtinet in l. qui fundum. §. ſi tutor pro emptore.

36 Circa quæſt. qualiter poſſeſ. amittatur doct. approbāt diſtinctionem Ioannis cōmuniter, tu in hac materia aduerte quia doctores obnubilarunt mentes noſtras diſcedendo à terminis iuriſconſ. & inciderunt in errores maximos. Pro declaratione ergo dicas quod illi animaduertētes quod quis nō pōt ſemper in re naturaliter & corporaliter inſiſtere uoluerunt quod exiens cum animo retinendi poſſeſſionem quam animo & corpore acquiſiuit fingantur ſtare in ea re, & hoc clare habetur in §. ex contrario, & in. §. noua filius, ſed tamen per hoc nunquam appellant hanc animi retentionem poſſeſſionem ciuilem, ſed tantum dicunt animo poſſidet uel animo retinet, ut habet clare in l. & habe. §. placet de precario, in l. tertia. §. ſiue corpore, ſiue animo de ui, & ui arm. in l. id quod. §. fina. & l. clam. §. qui ad nundinas infra eodem & in l. licet C. eodem & bene fecerunt non appellare quia hæc uox ciuilis ſonat iuſtam poſſeſſionem & habile ad ius, ſicut diximus de obligatione ciuili, & tamen animo retinetur quælibet poſſeſſio, licet ex ea non cauſetur uſucapio & non poteſt dici ciuilis, melius ergo dixiſſent, ut Azo, dicebat quod cum in re ſum, naturaliter & corporaliter poſſideo quæ poſſeſſio dicitur ciuilis ſi eſt iuſta ad ius cum extra rem retineo eandem poſſeſſionem adminiculo iuris concurrente, animo ſi habeo animū retinēdi. Et doct. uidentur in eorum ſermone uariare poſſeſſionem propter exitum, ut tunc dicatur ciuilis, & hic eſt error maximus, poſſeſſio eſt eadem, ſed modus diuerſus poſſidendi ut dixi: & hoc eſt ipſa ueritas. Ex ſupra ſcripta declaratione uerificatur opinio Oldr. quæ non fuit intellecta à Bart. neq; ab alijs, dicebat .n. ipſe cum ex eo ciuiliter poſſideo ſi reintro naturaliter et quis non pōt ciuiliter et naturaliter poſſidere inſimul, accipiēdo ciuiliter pro inſtrumēto iuris nō pro iuſtitia poſſeſſionis, quia ſi habet locum naturalis et uera poſſeſſio in re non indigemus fictione iuris et hoc pacto uerificatur eius opinio, quæ male fuit intellecta, Ex ſupra ſcriptis etiam inferas non iuridice loqui Ioannem et eos qui eum ſequuntur dum dicunt ſi eſt abſens retinet ciuilem et naturalem amittit dic tu quod non amittit poſſeſſ. ſed deſiit corpore poſſidere, et ita iura loquuntur, et animo eam retinet quam animo et corpore acquiſiuit, neq; efficitur ciuilis, quia ex eat, immo eſt eadem quæ fuit acquiſita, ſed bene animo qui eſt adminiculum iuris eam retineo ut ſupra ſatis demonſtraui. Inferas etiam male loqui Ioann. et eos, qui ſequuntur illū dum dicit quod ſi reuertatur et eſt in conſpectu quod acquirit naturalem, nam hoc eſt peſſime dictum quicquid Sozi. hic dicat ex intētione Cuma. nam ſi eſt in conſpectu et habet animū retinendi retinet poſſeſ. quam iam apprehendit inſtrumento animi, ſed naturaliter, ſiue corporaliter nunquam dicitur poſſidere niſi ſit in re et impoſſibile eſt quod qui eſt extra rem dicatur naturaliter et corporaliter ſtare in re, ſed bene animo iuris fictione fingitur ſtare in re. Eodem modo dicas prædictos male locutos dum dicunt quod ſi non eſt in conſpectu, ſed in propinquo quod tunc acquirit naturalem per l. clauibus, nam falſum eſt quicquid dicas Sozi. dum .n. extra rem eſt, et habet animum animo retinet et inſtrumento adminiculo iuris, dum eſt in re non indiget adminiculo iuris, quia uidetur naturaliter et corporaliter poſſidere, et aliter non dicitur naturaliter poſſidere. Inferas etiam ex prædictis uanā eſſe diſputationem, cur animus magis potens ſit in retentione naturalis ſolæ quàm in ciuili et naturali, nam animus ſemper retinet eandem poſſeſ. quā quis adeptus eſt, ſi fuit naturalis uel corporalis tantum, quæ non habet iuſtitiam in ſe eam retinet, ſi fuit iuſta quam adeptus fuit tunc ciuilis dicitur et eam animus retinet, cum ergo ſum in re naturaliter et corporaliter poſſideo, et ſi poſſeſ. eſt iuſta ciuilis dicitur et producitur ius uſucapionis, iuſtam et ciuilem animo retineo, ſimiliter ſi non fuit iuſta, dum ergo dicunt doct. cur naturalis poſſeſſio non retinetur animo inepte loquuntur quia naturalis dicitur cū in re ſum, cum et exeo rem eadem eſt poſſeſſio non naturaliter retenta ſed adminiculo iuris .i. animo, quia animus cum non uideatur non dicitur ita actus naturalis et corporalis in retentione, ſicut quando actu corporeo poſſideo, & cum dicimus quod naturalis poſſeſſio animo retinetur non dicitur naturaliter retineri, ſed dicitur ea poſſeſſio quæ non producit ius uſucapionis animo retineri. Vides ergo ex prædictis quantum deuiarunt doct. a terminis iuriſconſ. qui optime declararunt qualiter amittatur poſſeſſio abſq; ulla difficultate, & quidem cum deſino habere animum poſſidēdi amit

to l. 3. §. in amittẽda, ſi militer ſi animo poſſideo & reuertor, et nõ admittor uel nõ reuertor quia ſuſpicor poſſe repelli alias iſtis non interuenientibus lex fingit me ſemper poſſidere, ut in l. id quod .§. fin. infra eodem & l. clam .§. qui ad nundinas item uide l. peregre .§. fin. eod. tit. & l. qui uniuerſas .§. primo in quibus iuribus hæc materia explicatur. Ex his habes clare hãc difficultatẽ declaratã ex qua multa declarantur, et per hæc ſic impoſitus finis huic principio legis primæ cum laude Dei.

INTERPRETATIO .§.

Adipiſcimur l. 1. ff. de Acquir. poſſeſſ.

SVMMARIVM.

1 Pupillus qui dicatur.
2 Pupillus diſtinguitur in infantem et eum qui fari poteſt.
3 Licet quis ſit annorũ 7. & naturaliter loquatur tamen iuris fictione illa loquela non attenditur.
4 Pupillus conſideratur proximus infantiæ & proximus pubertati.
5 Reprobatur noua quorundã declaratio ĩ proximo infãtię.
6 Dictio per noſmet ipſos perſonalitatem ſignificat.
7 Infans furioſus & dormiens æquiparantur.
8 Dormiens ſi ſurgat dormiendo & delictum cõmitat an puniatur.
9 Animum eſſe facti non probari in text.
10 Pupillus habens intellectum poteſt poſſidere.
11 Infans tutore autore an acquirat.
12 Furioſus cum curatore an quærat.
13 Furioſus quomodo dicatur retinere poſſeſſionem cum animo retineatur.

1 PRO Introductione huius .§. in primis ſciẽdũ eſt quid ſit pupillus & dic ut in l. pupillus de uerb. ſignifi. ubi uide Alcia. declarãtem qualiter, et qui in poteſtate patris eſt minor 14. annis pupillus dicitur, ulterius ſcias quod
2 pupillus diſtinguitur in infantẽ, et eũ qui fari põt, ita Iuriſc. in l. ſeruũ. ff. rẽ pupilli, ſalu. for. illud idẽ colligitur ex l. fin. §. primo de uerb. oblig. & l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo ad trebell. et l. 1. §. ſufficit de admini. tuto infans dicitur ille qui fari non poteſt, et eſt minor. 7 annis, ita habetur ex l. mulier de uerbo. oblig. & l. ſi quis in emancipatum C. de dona. licet enim quis annorum 7. loquatur,
3 attamen iuris fictione loquela ſua non habetur pro loquela, cum nullum intellectum habeat poſt. annos uero 7. lex dicit eum aliquẽ habere intellectũ l. in ſponſalibus la 2. ff. de ſponſal. quod hoc ſit uerum probatur in l. mulier de uerb. oblig. ubi præſupponitur facta promiſſio infanti, et tamen non ualuit, quia iuris fictione loquela illa pro non loquela habetur. Pupillus autem qui fari poteſt clare liquet quod ſit ille qui eſt ultra 7. annos d. l. 1. §. ſufficit, et
4 l. ſi infanti C. de iur. delib. Deinde ſcias, quod in iure noſtro reperitur tex. qui diſtinguit pupillum in ſui proximo infantiæ, et proximo pubertati ita clare habes caſum in l. pupillũ de reg. iur. iuncto. §. pupillus ubi qui ſint iſti declarat glo. inſti. de inut. ſtipu. & Bar. in l. 1. de nouat. Audiui aliã declaratũ, quod ſicut proximus pubertati dicitur qui adhuc pubes nõ ẽ, ita proximus infantiæ dicitur ille qui adhuc nõ exceſſit infantiã, et ita propter utilitatẽ receptũ ſit, quod poſſit ea, quæ põt pubertati proximus, cõfirmatur quia uidetur quod ſi ſit poſt 7. annos, iſte abſque aliqua ſpecialitate poſſit ſtipulari et alia quæ in ſui cõmodũ ſunt cũ iſte intellectũ habere dicatur l. in ſpõſalibus, de ſponſal. ergo debet eſſe minoris ætatis, & erit iſte, qui erit in ſex annis, uel in ſex cum dimidio, & hæc eſt noua declaratio ĩ materia. Sed tu ne decipiaris, quæſo quia hæc
5 opinio falſa eſt, & erronea, & ratio uiua, & naturalis eſt, quia infans, ut dixi dicitur qui fari non poteſt, & minor 7. annis, ut eſt caſus in d. l. 1. §. ſufficit de admi. tut. & in l. ſi infanti C. de iur. delibe. & qui fari nõ poteſt indiſtincte ſtipulari non poteſt l. ſeruum. ff. rem pupill. ſal. fo. l. fin. §. 1 de uerb. oblig. et l. 1. §. furioſum de actio. & oblig. ſed proximus infantiæ poteſt ſtipulari, ergo loquitur, ſed ille qui loquitur dicitur eſſe poſt ſeptennium l. 1. §. ſufficit; qui ſubterfugi non poteſt. ergo in iſta ætate nõ poteſt cõſiderari quod aliquis iuris intellectus loquatur ulterius id cõſideres uolo ſi hæc opinio uera eſſet Imperator in §. pupillus inſtitu. de inutilib. ſtipulationibus non dixiſſet, quod proximus infantiæ habeat illud idẽ, quod pubertati proximus, ſed æquiparaſſet maiori 7. annis, quia hæc ætas ſibi proximior eſt, & ei magis æquipararetur, quia proximus pubertati dicitur doli capax, quod nõ eſt in maiore ſeptem annis, neque obſt. quod proximus pubertati dicatur ille qui nondum pubes factus eſt, ſecus in proximiori infantiæ. Quia ætas infantis non diſtinguitur, ſicut diſtinguitur ante pubertatem, ut eſt clarum; nam prima ætas eſt infantia, ſecunda pueritia, tertia pubertas; ita attento fundamento ſupra facto proximus infantiæ deberet dici ante infantiam, & tamen illa ætas alia datur, & ſi eſt ipſa infantia, quomodo proximus dici debet. Neque obſtat quod ego dixi quod tunc non uidetur aliquod ſpeciale in proximo infantiæ, ſi intelligatur de maiore ſeptem annis cum iſte intelligat, nam dic quod immo non dicitur perfecte intelligere, ut aliquem habeat intellectum, non .n. uim rei percipit, & hoc eſt quod uolunt text. in l. pri. §. ſi furioſum de act. & oblig. & bonus text. in l. pupillus de acqu. hered. Comprobo prædicta quia ſi eo modo intelligimus proximus infantiæ ubique inepte loquutus eſſet Imperator .§. in d. pupillus, dum dicit, nam infans & qui infantiæ &c. ſatis .n. erat dicere infans qui intelligebat, is qui erat minor 7. annis ſed uoluit augere; quod non eſt talis, ſed & proximus talis, & eo modo intelligendo nihil augeret & ita tenendum uidetur. Adde etiam quia hæc opinio confunderetur per tex. in l. mulier de uerb. oblig. ubi præſupponitur facta promiſſio tali, qui loquebatur & tamen quia loquela ſua in iure noſtro pro non loquela reputatur mérito non ualuit, ergo ſequitur quod ante 7. ann. in diſtincte loquela ſua a iure non conſideratur, & uide Paul. in l. ſeruum ff. rem pupi. ſalu. for.

Diuide tex. & ſumma, & figura caſum, ut per doct.
6 *Nota ſecundum. Aret. ubi per nos met ipſos, quod hec*
uerba notat perſonalitatem, & inferas ut per ipſum &
Iaſ. hic qui finaliter non adheret. Aret. in inductione hu-
ius text. & male quia hec uerba ſine dubio perſonalita-
tem ſignificant ex eorum natura & uirtute, & ſi ulteri
us non fuiſſet dictum a iuriſc. utiq; non poſſet poſſeſſio
per alium acquiri quodcunq; poſſeſſ. per alios acquiratur
eſt ex expreſſione iuriſc. enumerantis perſonas per quas
poſſeſſ. acquiratur, & aduerte dum Iaſ. approbando
illationem Aret. adducit doct. & Abb. in c. fi. §. 1.
de offic. deleg. quod etiam ex conſenſu partium non po-
teſt alteri delegari ubi per hec uerba eſt cōmiſſa cauſa,
ut per ſeipſum &c. nam ille tex. facit in oppoſitum, &
ideo dic ut per Abb. ibi diſtinguentem, aut ſumus in
cauſa priuata, aut in publica per illum text. item aduer
te dum reprehendit Bald. in §. ſiquis deceſſerit ſi de
feudo fuer. controuer. dic quod non uidit Bal. qui loqui-
tur quomodo fuit oppoſita dictio tantum. Nota ſecundo
7 *equiparationem ex hoc text. de infante & furioſo &*
dormiente ex qua infertur, quod nec dormiens ſi ſurgat
dormiendo, & delictum committat, non punitur ut per
Bar. in l. pen. de parricid. & per Alex. hic, poſſet ta-
men de culpa puniri, cum ipſe non procurauerit, ut hoſtiū
clauderetur, uel ne aliquis ſecum dormiret, ut per Bar. eo.
loco, et per eund. Alex. & Iaſ. hic ſed ex cito hic dubiū
8 *nunquid poſt delictum cōmiſſum & poſtquam ſurrexit*
a ſomno debeat ſibi iniungi aliqua penitentia leuis, ſicut
dicitur in furioſo, ut in c. ſi quis inſaniens. 15. q. 1. et
profecto ſi in furioſo eſt uerum, idem dicendum in dor-
miente, ne diſciplina eccleſie deſeratur, ut in c. excommu
nicatorum 23. queſt. 5. & in furioſo hoc tenet Luc. de
pen. in l. ſi appariter col. fin. de cohortal. lib. 11. Acutiſſ.
tamen Dec. in regula in negocijs reprehendit hanc deci-
ſionem per plura media que poteris uidere, ſed eius mo-
tiui facilis uidetur reſolutio, ſi recte conſiderabis, non
.n. negat hanc diſciplinam ad maiorem cautelam, licet
neget alias penas Cogitabis, quia ille tex. ſiquis inſani-
ens in ſe uidetur diſtinguere, cum quis in furorem ſua
culpa deuenerit, uel non.
9 *Not. ulterius ſecundum Alexan. poſt Bar. hic proba*
ri animum eſſe facti inducendo, ut per eum, ſed iſte tex.
non probat hoc, quia illa uerba eam .n. rem facti non re-
feruntur ad ea uerba, quia effectū &c. ſed ad ea poteſt
incipere poſſidere, neq; uſpiam probatur animū eſſe facti
ſed bene operationes ipſius facti dicuntur, ut habere bonā,
uel malā fidem, ut inquit tex. in l. bonae fidei ſup. tit. prox.
Nota ex eodem text. in illis uerbis, eam .n. rem facti eſſe,
quod poſſeſſ. dicitur facti, uel acquiſitio poſſeſſionis dici-
tur facti, nam uidetur loqui hic tex. de ipſa acquiſitione
tu circa hoc dic, ut ſupra dixi in l. 1.
10 *Nota ultro pupillum habentem intellectum poſſe ſine*
tutore poſſidere, & talis poſſeſſio non erit ſimpliciter
facti, ſed etiam iuris. Recipitur ergo dictum Vlp. ibi, et
Nerue. non tamen ratio ipſius, quia hic habens intelle-
ctum poterit etiam uſucapere, ut habetur in l. ſequitur §.
ſi pupillus, ubi. & animū poſſidendi habeat, & erit ille

quā eſt doli capax, ut not. glo. ibi ſed tunc inſtarē, quia
proximus infantie equiparatur proximo pubertati, ut
poſſit gerere omne negotiū & tamen tex. in §. pupillus
inſti. de inutil ſtip. dicit quod nullū habet intellectū, ergo
ſecundū hoc ipſe nō poterit acquirere de per ſe cū nō habe-
at intellectū niſi reſpondeas, quod ex quo iſte equiparatur
ex benignitate proximo pubertati dicatur etiam habere
intellectum, & cōprehendatur in uerbis text. noſtri Co-
gitabis, uel cogitas ſi dici poſſit, ut dixi ſup. in l. pri.
11 *Hic expeditis diſputatur hic, nunquid infans tutoris au*
toritate acquirat item quid in furioſo. Circa primum
diſcurrendo eleganter, prout Soz. hic conſiderat plures
caſus. Circa primum caſum non cadit dubium omnes
tranſeunt. Adde quod ita poteſt intelligi tex. in l. ſequi-
tur in §. pupillus in uerſ. ſi ſine tutore, poſſideat, &
animū poſſidēdi habeat. Circa ſecundū caſū in proximo
infantie ſunt opiniones Bar. Imol. & Pau. uolunt quod
acquirat tutore autore, contrarium autē uoluit Alexan.
Aret. & Sozi. per §. pupillus inſt. de inut. ſtipul. qui
uult proximū infantie eſſe eiuſdē iuris cū proximo puber
tati, tu cōſidera, quod text. nō uidetur probare opin. Bar.
preſupponendo unum, quod Sozi. infra ponit quod pro-
ximus infantie, & infans ſecundum iura non dicuntur
habere aliquem intellectum ut eſt caſus in d. §. pupillus
quo preſuppoſito textus non dicit, quod ille ſine tutore
acquirat, qui intellectum habet ergo omnis alius requirit
tutorem, ſed infanti proximus non dicitur habere intel-
lectū ergo &c. & certe hec inductio urget, niſi reſpon-
deas, ut ſup. dixi in ult. not. & pro hac opin. quam Sozi.
tenet induco tex. in l. quamuis in §. infans, dum ibi in
primis dicitur, quod infans tutore authore poſſidere po-
teſt, alias nullus eſt ſenſus, deinde dicitur pupillus ſine tu
tore poſſidere poteſt, ergo demonſtratur quod excepto pu
pillo infante, alius pupillus ſine tutore acquirit, & ui-
detur optima inductio. Circa tertium caſum, etiam par-
ua cadit dubitatio in infante uſque ad ſeptenniū, hic non
querit quia affectum non habet, ut in hoc text. in prin.
quia loquitur de infante, cum ponatur a pari cum fu-
rioſo cuius nullus eſt ſenſus, ſicut in infante, ut in l. quā-
uis, in §. infans, & hec concluſio procedit etiam ſi in-
fanti res ſit tradita per iſtum text. ibi, ſi dormienti in
manu aliquid poſuerit, ſicut enim ſi res dormienti trada-
tur non acquiritur poſſeſſio, ita ſi infanti licet aliqui con
trarium tenuerint, per tex. in l. 3. C. eod. quem intellectum
ibi Pau. defendit, necnon Saly. & certe ille intellectus
prima fronte uidetur applaudere litere, omnes enim alij
intellectus habent aliquam diuinationem excepto iſto,
pro hoc facit, quia ibi tex. uidetur conſiderare ipſam rei
traditionem factam, ut ſic per ipſum fuerit, acquiſita poſ
ſeſſio ex uoluntate ipſius tradentis non obſtante quod non
fuerit plenus intellectus in recipiēte, quid .n. magis con-
gruit quam habere ratam uoluntatem domini uolentis
rem ſuam in alium transferre §. per traditionem in-
ſtit. de rer. diuiſ. ſicut .n. pro derelicto haberi poteſt, ita
uidetur quod ipſi infanti acquiſita ſit, & ſi uelles defen
ſare iſtum intellectum ad inductionem Sozi. poſſet forte
reſponderi, quod equiparatio in tex. ſit bona quando in-

ſans de per ſe acquireret, ſed ubi concurrit ſupletio alterius ſecus, non poteſt tamen negari quod hic intellectus dubitabilis non ſit tum quia ratio de tutore non multum uidetur ad propoſitum adaptari, huic ſenſui, ut Pau. etiã ibi ſentire uidetur, tum quia quod idem animus transferat & operetur acquiſitionẽ non multum conuenit, cum etiam quia urget incontrarium text. in l. ſiquis in emancipatum C. de dona. qui uult quod ad hoc ut talis donatio perficiatur fiat ipſi infanti mediante ſeruo ſuo, ergo ipſi ſoli non proficeret, neque multum ſatisfacit reſponſio Saly. quod ibi illud ſit conſilij non tamen negatur quin alio modo poßit hoc fieri, nam immo text. uidetur ponere ibi formam, & modum, quo non ſeruato non uidetur quod actus ualeat, Cogitabis tamen ſuper prædictis, & infra aliquid dicam ſup. illa l. 3. In quarto caſu nihil occurrit, quando eſt infans habens aliquem intellectum, de eo diſcutitur infra in quinto, tantum adde ad id quod dicit Sozi. quod relinquatur arbitrio iudicis quando intellectus habere dicitur. Adde Dec. in regula pupillum de reg. iur. In quinto caſu, quando infans eſt carens omni intellectu, & iſte non acquirit tutore autore, .i. acquiſitio non dicitur fundari in perſona ſua, ita debes intelligere, nam quod effectualiter non acquirat utiq; nemo negaret, ſed difficultas eſt ſi in eius perſona dicitur fundari actus acquiſitionis, ſicut dicitur fundari in eo qui fari poteſt. Circa quam difficultatem prætermitte notabilem doctrin. Sozin. hic & adde dum dicit quod per .§. pupillus gloſantur mille text. per ipſum adducti quod etiam gloſetur text. in l. in negotijs de regu. iur. ibi quãuis actum rei non intelligãt gloſatur etiã tex. in l. pupillus de acquir. hered. Adde etiam dum dicit ipſe quod nõ inuenit iura dicentia infantiam in habentem intellectum, & non habentem dicas quod ne dum non inuenitur hoc immo qui hoc dicit, dicit contra iura, & præcipue contra .§. pupillus inſt. de inut. ſtipul. ubi expreſſe dicit quod pupillus omne negotium gerere poteſt, & quod de pupillo dicimus de eo loquimur, qui habet aliquem intellectum, nam infans, & qui infantie eſt proximus, nullum dicuntur habere intellectum quomodo ergo uolunt doct. diſtinguere infantem, qui habet, uel non habet intellectum, hoc idem colligitur ex l. ſiquis in emancipatum C. de donat. qui text. probat etiam quod uult Sozi. quod infans dicatur, qui loqui non poteſt dum in principio dicit quod fari non poteſt, deinde dicit infanti Adde. etiam dum Sozi. conſiderat, quod infans dicatur omni intellectu carere, adducendo multa iura quæ æquiparant eum furioſis, & in eadem determinatione ponuntur uide Dec. in d. l. in negotijs prope finem ubi plura alia iura cumulat, nota tamẽ unũ quod ibi dicit Dec. quod non uidetur uerum dum dicit, quod illud quod dictum eſt de infante, ut furioſo æquiparetur, idem eſt in infantie proximo allegando tex. in .§. pupillus, nam hoc non uidetur uerum, proximus .n. infantie dicitur eſſe eiuſdem iuris, cum proximo pubertati, ut ibi dicitur, & eſt contra textum in l. in negotijs, ubi expreſſe contrariũ dicitur, quod alia cauſa eſt furioſi, alia eius qui fari poteſt, licet actum non intelligat, & ideo errore labitur.

Circa difficultatẽ ipſam Soz. arguit multis modis, quod infans dicatur acquirere, ad primum motiuum poteris duobus modis reſpondere, quod eo attento idem iuris uideretur in furioſo cum conſenſu curatoris, quod tamen negat Soz. & communis opinio. Vel dicas quod argumentum non concludit quod in perſona ipſius infantis fundetur acquiſitio bene fateor quod acquiritur, ſed non fundatur talis acquiſitio in infante cum non habeat ſenſum, ſed in ipſo tutore ſicut non fundaretur ſi tutor uellet ut apud dormientem res poneretur, nam uidetur tradita ipſi tutori. Ad ſecundum motiuum potes reſpondere quod immo tex. in uerſ. ſed pupillus loquitur in proximo infantie, conſiderando text. infi. Si intellectum habeat quod ſolus acquirit, ergo ſi non habeat requiritur tutor, ut ſup. deduxi, uel cogita ſi dici poteſt, quod infans dicatur poßidere effectualiter, non quod actus acquiſitionis fundetur in eo quod non ſatisfacit.

Ad tertium non poteſt dici quod loquatur de infante habente intellectum, quia hoc eſt falſum non .n. reperitur in iure talis diſtinctio. Item contra illum text. ubi dicitur quod utilitatis cauſa receptum eſt, ergo loquitur de infante qui nullum alias de per ſe poſſet utilitatis cauſa, ſicut dicitur in .§. pupillus præterea in fin. loquitur de eodem infante & clarum eſt quod infans nullum habens intellectum ex cauſa peculiari poteſt poßidere, ergo de eodem loquitur in principio. Cogita ergo nunquid poßit reſponderi pro ut ſup. dixi ad precedẽs fundamentum in ultima reſolutione, quod non placet, nec quicquã faciũt ea uerba ſuppletur iudiciũ infantis. Vide Aret. ibi à quo Soz. habuit, & ſic iſte text. multum urget.

Ad quartum nulla etiam reſponſio eſt bona, dum dicunt ipſi pu illo tutore autore .i. ipſi tutori qui eſt autor contractus, eſt expreſſa uiolatio text. dum etiam uolunt eum text. intelligere de maiore infante, eſt contra illum tex. qui loquitur de eo qui fari non poteſt & de eo ſemper loquitur text. Omitto quæ Iaſ. hic ſomniat quia non faciunt, nec ſtringunt. Ad l. donatarum etiam male reſpondent dum uolunt loqui in iocalibus tantum per rationem Sozin. & quia ratio Papiniani non multũ adaptaretur & maior eſſet huiuſmodi diuinatio quam dicere quod ibi interuenerit authoritas tuthoris, quia hæc ſolutio probatur in l. quamuis in .§. infans & tunc ratio illa ibi poſita optime adaptatur uelut per Sozi. & ante per Cuma. uel hoc modo nam ſi facta traditione infanti cum autoritate tutoris nõ quæreretur poſſeßio, nõ et quæreret tutor ipſi infanti, cur .n. tutor infanti acquirat, eſt quia infans non habet plenum intellectum, repreſentat .n. perſonam furioſi, ergo eodem modo ſi ipſi infanti eo tutore authore tradatur, debet acquiri, quia ipſi tradita uidetur. Sed hæc declaratio non ſatiſfacit, quia tunc nõ demonſtratur per hoc quod acquiſitio in infante fundetur, niſi replices quod ad hoc ille text. non facit, ſed ſatis eſt quod fiat acquiſitio poſſeſſ. Vel dicas ſic ueluti .n. tutor infanti quærit, licet infans non accipiat, & plenus non ſit intellectus, eodem modo debet acquirere, ubi tutore autore rem accipit, quia hoc caſu interuenit uera traditio in infante & plena iudicio tutoris, & in puncto

iuris

iuris hæc pars mihi placet, pro qua conſidero text. in l. ſancimus C. ad Trebell. qui loquitur de eo qui fari nō poteſt & dicit tex. de nouo inducendo, quod etiam ſoli tutori reſtitutio fieri poteſt, ergo replicat quod etiam ipſi pupillo infanti, ſicut in l. ſeruo inuito .§. ſi pupillo. Similiter l. ſi infanti C. de iure delib. diſponit de nouo quod ſolus tutor poſſit adire pro infantē ergo ante nō uidetur quod ſine eo poſſet immo infans gerebat ſe pro hærede tutore autore, ut in d. §. ſi pupillo. Neque obſtat ſi diceres, quod hoc uidetur contra tex. in l. pupillus de acqu. hæred. ubi uidetur diſponi quod ei qui fari poſſit fauorabiliter conceſſum ſit quod adeat tutore autore, ergo infante ſecus, nam reſpondeo, ut ibi Accur. ſentit fauorabiliter conceſſum eſt, ut ipſe cum tutore adeat, & non ſolus tutor Cogita ſuper prædictis.

12 Sexto caſu Soz. firmat cōmunem ſententiam, quod furioſus non quærat cum curatore ſuo, tum per text. iſtum tum per l. in negotijs de reg. iur. & per l. 2. §. furioſus ff. de iure codicill. & etiam rationē differentiæ aſſignat inter infantem & furioſum, ut per eum, & ex ſua ratione infert ad nouam caſum ſi ſit infans & furioſus ſimul ex quo tutorem habere debet an cum tutore acquirat & tenet quod ſic propter autoritatē maximā tutoris, ad quod uide quod Bal. & poſt eum Rymi. ponit in l. infantis C. qui admit. ubi quærunt an diſpoſitio illius text. habeat locū in infante, & furioſo & tenet quod ſic licet Rymi. dubitet. Adde circa dictam quæſt. Soz. in .§. item acquirimus in ſecund. notab. ubi per illum tex. notabiliter inducendo tenet eandem ſententiam quàm hic tenet uide ipſum per te. Tu aduerte quia inductio ſua eſt erronea, & ratio eſt quia in primis ille tex. non loquitur de infante immo de eo qui intellectum habet, & qui poteſt per ſe acquirere, deinde animaduertas quod non eſt uerū quod ibi parficetur uoluntas domini iubentis, & poteſtas tutoris, nam hoc falſiſſimū eſt, tantū enim ibi diſponitur quod ille per quem acquirimus debet eſſe talis, qui habeat intellectum & ideo ſi mitto furioſum non acquiro, ſi autem mitto impuberem ſeruum acquiro ſi quidem pupillus acquirere poteſt maxime tutore autore, & dictio maxime includit, quod etiam ſolus acquirit, immo potius ille tex. retorquetur ſtante opinione quod ibi parificetur uoluntas domini, & poteſtas tutoris quia ſi iuberem infantē & mitterem ipſum, mihi non acquirit, quia non habet intellectum, ergo etiam non deberet acquirere tutore autore quod Sozi. negat. Niſi tu ulterius conſiderando dicas quod uidetur eſſe intentionis illius text. quod etiam poſſem acquirere per perſonam quæ de per ſe non poteſt acquirere, poteſt tamen acquirere cum tutore, ut ſentit Iuriſcon. in illis uerbis maxime tutore autore, ſi ergo eſt talis qui tantum tutore autore acquirat ſatis eſſe uidetur. Verum non credo hoc iuridicū in propoſito, quia quod infans tutore autore acquirat hoc utilitatis cauſa inuentum eſſe uidetur, ut dicit l. quamuis. §. infans inf. eod. quod autem eo modo alteri acquirat, non reperitur & multæ concurrerent fictiones hoc caſu. Cogitabis. Ibi etiam Sozi. deducit illum text. contra ſuā nouam opinionem hic, & conatur ſaluare diuinando, ut uidere poteris. Item aduertas ad rationem diuerſitatis, quam ipſe adducit inter infantem & furioſum nam habet dubitationem per ea quæ hic Aret. ponit & Dec. in l. infantis inf. curatio namq; furioſi uidetur æquiparari tutelæ, quia cura eſt legitima ſicut tutela legitima; item debet curare perſonam ſicut res l. conſilio de cura. furi. Item debet iure ueteri conficere inuentarium ſicut tutor l. fin. §. ſin autem ex alia C. de curat. furi in fin. Saly. tradit in l. copulandus C. de nup. ergo ſequitur quod ratio eius ſit falſa, & procedit in cura adulti, ſed in furioſo minime, & ideo alia ratio tenetur etiam per Cum. hic & per doct. in loco ſup. allegato quod uitium infantis eſt naturale & uериſimiliter cito ceſſare debet, & ita frequenter euenit ut quis cito efficiatur maior 7. annis ſecus eſt in furioſo, non enim ſic eſt ſpes merito iura plurimum infantibus fauent, ex qua ratione infertur contra nouam illationem Sozin. quæ ſtantibus ſupradictis non ſubſiſtit, cum .n. infans furioſus ſit, non præſumitur quod citò ſanus mente fiat, merito iſte quod tutorem habeat eius iudicium non ſupplebit.

13 Contingit etiam dubitare cum furioſus retineat poſſeſſionem, quæ retentio ſine inſtrumento animi non fit quomodo iſtud ſit uerum, glo. reſpondet, ut in ea quā Bar. & alij ſequuntur, aliam tamen rationem uidetur ponere tex. in l. iuſto. §. cum qui de uſucap. ibi ne languor animi, &c. quam etiam approbare uidetur Cuma. in d. l. ſi is qui. Sed tamen opin. glo. uera uidetur per illum text. in l. ſi is qui ſi recte conſiderabis, & ſi iterum opponatur, quod per obliuionem perditur poſſeſſ. l. furtum in .§. 1. infra eod. & furioſus obliuiſcitur, ergo debet ammittere reſpondet Bart. in d. l. ſi is qui, quod ſola obliuio non cauſat ammiſſionē poſſeſſionis, ſed curſus temporis, & ideo ſi furioſus ſtaret per longum tempus quod non accederet ad rem poſſeſſam, utique amitteret, quod in ueritate ualde durum uidetur, & uidetur eſſe contra generalitatem tex. in d. l. iuſto. §. cum ibi ne languor animi, &c. quæ .n. negligentia huic imputari poteſt, & ideo ea obliuio cauſat amiſſionem quæ de prima uoluntate cauſat mutationem in contrariam uoluntatem propter negligentiam, quod non poteſt dici in furioſo, ſed ea quæ proueniunt ex furore non cauſant contrariam uoluntatem, ſed tantum extinguitur uoluntas, uide Aret. in l. ſi is qui, qui multa dicit notabilia, & uериſſima uidetur ea ſententia, quod ſola obliuio cauſet ammiſſionem poſſeſſionis, & cum de obliuione conſtet, conſtat de mutatione animi a poſſeſſione, cum non conſtat ex curſu temporis præſumitur, & ita conſideratur longum tempus in l. furtum .§. fundi, ut ex eo præſumamus obliuionem, ſed ſi aliter conſtat de obliuione ſatis eſt, & hanc ſententiam tenet Bart. in l. naturaliter .§. nihil commune in 3. lectura ibi quæro qualiter dicatur, &c. Et per hæc ſit impoſitus finis huic .§. cum laude Dei.

INTERPRETATIO .§. ſi uir vxori l. 1. de Acquir. Poſſeſſ.

SVMMARIVM.

1 Donatio inter uirum & uxorem quando dicatur prohibita.

2 Ratio dubitandi ad tex. per quam iura declarantur.

3 Lex quomodo quæ facti ſunt impedire non poſſit late explicatur.

4 Ex poſſeſſione facti aliqui effectus cauſantur nō cōtemnēdi.

5 Acquiſitio poſſeſſionis ex cauſa donationis inter uirum, & uxorem reprobatur à lege.

6 Maritus rem alienam, ſiue poſſeſſionem uxori donare nunquid poſſit.

7 Prohibito contractu, ac traditione poſſeſſionem nihilominus transferri quomodo intelligatur.

8 Fictio non fingit ubi nullus effectus iuris reſultaret, an iſtud ſit uerum in text. noſtro late diſcutitur.

9 Poſſeſſio ex inutili contractu an transferatur.

10 Dominium an transferatur ex inutili contractu.

1 PRAEMITTE, Quod donatio inter uirum, & uxorem eſt prohibita, ut per Iuriſconſ. in l. 1. & 2. .ff. de dona. inter uir, & uxo. quod declara per tex. in l. ſi ſponſus in fi. & per text. in l. ſed & ſi conſtāte, eod. tit. Diuide ut per Bart. & ſumma ut per Iaſo. quia ſummarium Bart. non comprehendit totum text.

2 Rationem dubitandi facias per tex. in l. inter uirū .ff. de donat. inter uir. & uxor. ſimiliter per text. de quo opponit glo. & Bar. in l. ſi eum eodem tit. ſimiliter per text. in l. 3. §. ſciendū eod. tit. ſecun. facias rationem et per l. non dubium C. de legi. quam Soz. hic inducit in uer. ulti. &c. His non obſtantibus text. noſter dicit mulierem poſſidere, cum quo concordat text. in l. 1. §. fin. infra pro dona. ubi ſimpliciter dicit poſſidere & reddit rationem text. hic, quoniam res facti iure ciuili infirmari non poſſunt, quam Bart. hic declarat, & eum uidetur ſequi Sozin. hic in 2. notab. eamq; comprobat et ſupra in l. 1. in principio in articulo an poſſeſſio ſit iuris nu. 28. Sed talis declaratio non eſt bona, & ſup. etiam reprobata fuit, quia text. hic non loquitur de ipſa traditione, uel acquiſitione poſſeſſionis, ſed de ipſa poſſeſſ. quæſita, ut conſtat ex litera ipſa. Præterea in terminis noſtris traditio ipſa, licet ſit facti a lege annullatur ut dicit tex. in l. 3. §. ſciendum, de donat. inter uirum & uxorem, aliter ergo text. eſt declarandus pro cuius declaratione, uenio ad ſolutionem contrariorum, Aliqui fuerunt qui dixerunt, quod aut maritus donat poſſeſſionem rei ſeparatam ab ipſa re; & tunc procedat text. in l. inter uirum. aliquando donat rem ipſam, & tunc mulier poſſit poſſidere argumento eius quod de fructibus dicitur prout glo. declarat in d. l. inter uirum, & ita dicebant procedere text. noſtrum, ſed hæc ſolutio meritò non recipitur, quia eſt contra text. in d. l. 3. .§. ſciendum de donat. inter uir. & uxor. ubi cum corpus donatur traditio ipſo iure annulatur. Præterea eſt contra text. in l. ſi eum ubi corpus donabatur, & tamen dicitur non poſſidere ulterius text. noſter poteſt clare loqui ubi poſſeſſ. tantum donabatur, & nō ipſe fundus, ut Alex. in poſitione caſus, & tamen dicitur poſſidere eum, præterea hoc modo de facili fieret fraus tractatui de prohibita dona. inter uir. & uxor.

Alia & ſecunda accommodatur ſolutio, quam Bar. hic ſequitur, & Alex. ac alij quod hic intelligatur mulierem poſſidere inſpecto ſtatu de præſenti, ſed inſpecto futuro euentu, & exitu non, quia maritus recuperare poteſt, ut hic per eos, & per glo. in d. l. ſi eum ad quod bene facit text. in l. non uidetur infra eod. ſed uere hæc ſolutio non placet, quia uidetur præſupponere, quod mulier poſſideat, & naturaliter & ciuiliter, ut Alex. hic col. fin. & hoc eſt contra text. in l. quod uxor infra eod. ubi text. dicit quod pro poſſeſſore poſſidet, & ſic nullo iure, ergo non ciuiliter. Aut tu uis intelligere quod naturaliter, tantum poſſideat, ea ratione, quia illa auocari poteſt, & tunc pari ratione etiam ciuili iure poſſidere deberet, quia & illa inſpecto exitu poſſet auocari, quod tamen eſt falſum. Tertia ſolut. dabatur ex inuentione glo. pri. quam hic recitat Bart. quod text. noſter loquatur de re aliena. Sed merito reprobatur ut per docto. & clarius poteſt dici, quod text. noſter non procederet his rationibus, ſed ſimpliciter dixiſſet, quod poſſidet cum licite res aliena poſſit poſſideri. Teneas ergo ſolut. glo. ſecundū quam Roma. Cuma. Aret. & alij tenent: quod hic intelligatur, mulierem poſſidere naturaliter tantum, & hoc eſt quod uoluit dicere tex. noſter, quoniam res facti

3 iure ciuili infirmari non poteſt .i. ius ciuile non poteſt facere. quod mulier naturaliter non ſtet in re, nam ut dixi ſupra in principio legis noſtræ ea dicuntur facti, quæ iuris naturalis ſunt, ut probaui ex pluribus, & iſta ſolutio probatur clare in l. 1. §. deijcitur infra de ui & ui arm. & in l. quod uxor infra eod. ubi lex dicit quod pro poſſeſſore poſſidet ex quo ſequitur quod per multos annos non præſcriberet quia eſt poſſeſſ. ſine titulo & naturalis tantum quæ iure ciuili non poteſt impediri, ſicut in ſimili lex poteſt impedire natiuitatē obligationis naturalis, quæ ex cōſenſu qui eſt facti oritur, ut per Decian l. pacta quæ contra C. de pact. & late dixi in l. cum lex de fideiuſſ. Ita intelligas tex. in l. 1. §. fi. infra pro dona. ſed ciuili iure, & poſſeſſione approbata a iure non dicitur poſſidere ita procedit text. clare in d. l. ſi eum, ita quoq; intelligitur text. in d. l. inter uirum, & ſimiliter text. in .§. ſciendum l. 3. dum uult quod traditio ſit nulla intelligitur reſpectu iuris effectus, ſed quod ipſa naturaliter non dicatur in re inſiſtere, lex hoc non poteſt impedire ex prædictis et reſolue contrarium l. non dubiū C. de leg. nam procedit reſpectu effectus iuris, non autem poteſt impedire quæ facti & iuris naturalis ſunt, niſi remouendo effectus, ſicut tollit effectus naturalis obligationis, nō tamen ortum remouet, & ex hac ratione, & declaratione uidebis infinitos errores ſcribentium in hoc .§. noſtro.

Et ſi

4 . Etſi tu diceres ergo nullam habebit uxor utilitatem, ex
tali poſſeſsione, dic quod ſic, in primis talis poſſeſsio pa-
rat ſibi interdictum d. l. 1. §. deijcitur, item facit, ut mor
te confirmetur donatio, ut infra dicam, item fructus in-
duſtriales ſunt uxoris l. de fructibus de dona. inter ui-
rum, & uxorē, & l. fructus de uſur. & hæc pro decla
5 ratione primæ partis huius text. Ex quo notandū eſt
ſecundum Soz. quod acquiſitio poſſeſſ. ex cauſa donatio-
nis int. uir. & uxo. eſt re probata a lege, & ideo tex. in
l. quod uxor. inf. eod. inquit quod pro poſſeſſore poſſidet
& ſic iniuſte, quia non eſt titu. qui reperiatur inter ali
os titulos iſtud notabile ſecundum intellectum cōmunem
non poteſt colligi ex iſto tex. aliquo pacto, quia ſecundū
cōmunem intellectum poſsidet uere inſpecto præſenti ſta-
tu, licet propter exitum futurum, quia poteſt aduocari
ſecus, ſed iſtud notabile bene intelligitur ſecundum decla
rationem ſupra poſitam, ad text. in quo demonſtratum
eſt, quod mulier poſsidet poſſeſſ. non approbata a lege, et
ex hoc notab. infert Sozi. quod inter uir. & uxo. eſt re-
probata donatio; non tantum reſpectu dominij, ſed etiā
6 reſpectu poſſeſ. cōtra quod arguit, & ſoluit ut per te ipsū
uidere potes, cuius dicta ſi conſiderabis ita debes intel-
ligere, aliter male loqueretur, nam ſi maritus eſt domi-
nus rei, & poſſeſsionis, tunc nihil donare poteſt quia do-
nando efficitur pauperior, & per rationem Sozin. hic,
ſin autem habet tantum proprietatē non poſſeſsionē quia
poſſeſsio ad alium pertinet, & tunc poſſeſsionem alienā
poteſt donare, quia non efficitur pauperior, ſi autem rei
non habet neq; dominium, neq; poſſeſsionem ſimiliter po
teſt, quia eſt eadem ratio, hoc colliges ex l. x. §. ſi inter
uirum infra pro dona. ubi Pau. quod intellige ut dicit per
Cuma. quando ſcilicet non habebam rem alienam, ex cau
ſa onerosa, quia emi & eam donaui, nam ſi mihi fuiſſet
euicta habuiſſem regreſſum, nunc autem quia donatario
euicta eſt, non habeo, nā hoc caſu diceretur effici paupe-
rior, & ſi conſiderabis in nullo caſu ex ſupradictis quan
do maritus donat uxori, dicitur ei transferre dominium
rei, aut poſſeſsionis contra Sozi. hic; ſed tantum tranſ-
ferre conditionem uſucapiendi, & dicitur bona fide poſ-
ſidere hoc uult tex. in l. uir uxori infra pro dona. adeo
quod per longum tempus uſucapit, & ſic non obſtat tex.
in l. inter uirū ff. de dona. inter uirū & uxo. qui uult
quod nec poſſeſsionis ualeat donatio, nam intelligitur de
poſſeſsione, adeo quod ſtatim ipſa ſit domina illius poſ-
ſeſsionis.

7 Secundo noto ex intentione eiuſdem Sozin. quod pro-
hibito contractu, & etiam prohibita traditione ut in l. 3.
§. ſciendum de dona. inter uir. & uxo. tamen ſi uera
traditio ſequatur, poſſeſsio transfertur, caſus eſt hic &
rationem reddit, quia traditio eſt facti l. conſilio. §. fi.
ff. de cur. furio. & lex non poteſt facere, quod illud
quod eſt factum non ſit factum l. in bello. §. facta de
capti. Ex hoc infert ad duo. Ad defenſionem illius
hebrei, & ad ſtatutum de prohibita alienatione, in fo-
renſes, quo ſtante nihilominus ſequuta traditione tranſ-
fertur poſſeſsio per iſtum text. & ita communiter doct.
tenent, ipſe tamen arguit contra ut per eum, & conatur
reſpondere, ut per te uidere poteris, circa quæ diligenter
aduerte quia in pluribus Sozi. errat. In primis faten-
dum eſt quod prohibito cōtractu, & traditione ſecuta
tamen traditione transfertur poſſeſsio, ſed tamen hæc
poſſeſsio eſt facti ideſt naturalis ut ſup. docui, & ille
dicitur pro poſſeſſore poſsidere, & hanc poſſeſsionem lex
ciuilis non potuit impedire, & hoc eſt quod uoluit text.
quoniam res facti i. poſſeſsio naturalis, &c. non autem
uoluit loqui de traditione prout Sozi. dicit, ſed loquitur
de ipſa poſſeſſ. quam habet uxor, quæ eſt naturalis ut in
l. 1. §. deijcitur de ui, & ui arm. ſed ſicut prohibetur
contractus, & traditio, ita eſt prohibita poſſeſsio, a iure
ciuili conſiderata quia illa iure ciuili potuit impediri.
Ex his infero ad ſtatutum prohibens alienationem in
forenſem, & ſic dominij translationem iuxta l. 1. C. de
fundo dot. nam ſicut prohibetur tranſlatio dominij, ita
& poſſeſsionis ciuilis, per quam deuenitur ad acquiſi-
tionem dominij, per argumentum, & rationem Sozin.
non tamen propter hoc poteſt impediri tranſlatio poſſeſ-
ſionis naturalis, & quæ facti eſt, cum iure ciuili impe-
diri non poſsit, cum ſit quid facti, ut dixi, & de hac nō
conſiderauit ſtatutum, & dum Sozi. uult reſpondere ar
gumento facto quod immo etiam poſſeſsio ſit prohibita,
tanquam antecedens ad dominium, dic quod dicit con-
tra caſum expreſſum in d. l. 3. §. ſciendum, in quo con-
ſtat. quod immo in caſu noſtro prohibita eſt tranſlatio
dominij inter uir. & uxor. & ipſa traditio quæ eſt de
antecedentibus, & in hoc eſt inexcuſabilis, fundamentū
ergo ſuum procedit ut ſup. dixi in poſſeſſ. ciuili quod ſit
prohibita, & text. noſter procedit in poſſeſsione non ap
probata a iure ciuili, quæ & ſi prohibitus ſit cōtractus,
& ipſa traditio, nihilominus ſequuta traditione ipſa
uxor naturaliter rei inſiſtit quod a iure tolli non poteſt,
ex his uides quid doct. inaduertenter loquuntur.

8 Tertio noto ſecundum Bart. & communiter doct.
quod lex non fingit in caſu noſtro mulierem non poſside-
re. quia fictio eſt nullius utilitatis ex quā maritus nihi-
lominus amitteret, ſi uxor non quæreret, in ſimili bona
text. in §. ſi furioſo l. quod meo inf. eod. & ex hoc
Bart. & alij in materia fictionis faciunt magnum capi
tale iſtius text. Sed contra hanc declarationem inſurgit
Cuma. & Pau. de Caſtr. ut per Sozi. hic ipſe enī Sozi.
arguit quod iſte text. non loquatur de aliqua fictione, et
adde tu ad ſecundam rationem ſuam quam ipſe urgentē
dicit, text. in terminis in l. 3. §. ſciendum; ubi traditio
ipſa, & effectus annullatur, & bene facit text. in l. non
dubium C. de legib. ubi facta habētur pro infectis, unde
ipſe finaliter text. declarat ut per ipſum uidere poteris.
Tu uerò præter alios, pulcherrime declara iſtum tex. &
dic quod non loquitur de aliqua fictione, & pone quod
mulier naturaliter, & uere poſsidet, quia naturaliter
tenet rem ſibi traditam a marito, & ſi mulier non poſ-
ſideret nihilominus amitteret, quia non ideò mar. uult
perdere poſſeſſ. quia mulier poſsideat, ſed quia habuit
animum perdendi, ut in ſimili inquit. iuriſc. in d. §.
ſi furioſo. Dico tamen quod iure ciuili non intelligatur,
caſus eſt in l. ſi non de d na. inter uirum & uxor.

In quantū

Inquantum ergo do. dicunt, quod hic lex non fingit labuntur, immò fingit quia & ſi uxor naturaliter poſſideat per tex. noſtro, iure tamen ciuili poſſidere non intelligitur, quia tunc ſequeretur quod poſſet transferre dominium per ta'em poſſeſſionem cōtra titulũ de donat. inter uirum & uxorem. Et ſi tu replicas ſi ergo iure ciuili non intelligitur poſſidere, ergo maritus debet fingi poſſidere, licet tradiderit rem. Reſponde quia fictio non fingit niſi ſubſit æquitas, ut in l. deniq; ff. ex quib. cau. maiores, quæ nam æquitas dictat, ut ſi maritus noluit habere animum poſſidendi poſſideat? certè nulla adeſt ratio, & æquitas fingẽdi, & in hoc benè ſentit Sozi. hic. Ex ſupradicta declaratione inferas in primis contra rationem Cuna & Pau. dum dicebãt quod ſi lex fingeret mulierẽ nõ poſſidere maritus nõ perderet, nam dicimus ius fingere mulierẽ nõ poſſidere, ad ius ut probaui, quod autẽ maritus nõ perdat hoc nõ facit, quia animum perdendi habuit, & non eſt æquitas, & ratio fingendi. Inferas etiam contra ſecundam rationẽ Sozin. quod in caſu noſtro quod mulier nõ haberet poſſeſſionem naturalem non poterat tollere neq; fingere, quia eſt iuris naturalis ſed quod iure ciuili non poſſideret, iſtud ſequeretur non tamen quod maritus non perderet per rationem ſupradictam. Ex hac etiam declaratione inferas contra declarationem Sozin. in qua ipſe præſupponit quod ius ciuile non diſpoſuerit quod mulier non intelligatur poſſidere, quod eſt falſum ut dixi. Quare autem noluerit maritũ non amittere ſupra dixi. & Sozin. dicit ex quibus
9 uides in quot errores iuẽſit, ex mala doct. intelligẽtia.

Quarto noto ex text. ſecundũ omnes, quod ex inutili cõtractu trãſfertur poſſeſſio, cõtra quod fortiter arguit Sozin. hic ut per ipſum. Conatur ipſe triplici modo reſoluere, primo quod hic non impediatur tranſlatio poſſeſſionis, tanquam modici præiudicij per ipſum tex. in fi. quæ ſolutio non probatur in hoc text. ullo modo, deinde 8
ſequeretur, ſi eſſet uera quod ualeret donatio inter uirũ & uxorem reſpectu poſſeſſionis quod tamen eſt falſum per l. inter uirum de donat. inter uirum & uxorem. Secundò modò reſpondet quod non eſt eadem ratio prohibendi tranſlationem poſſeſſ. ut per ipſum, quæ ſolutio ẽt non ſubſiſtit, quia eſt contra fundamentum quod ipſe Sozi. ſentit ſupra in ſecundo notab. in quæſt. de ſtatuto prohibente in forenſem alienationem, præterea in terminis noſtris eſt contra caſum in dicta l. inter uirum. Tertio mõ reſoluitur quod cõtractus prohibitus nõ ẽ cauſa immediata tranſlationis poſſeſſ. ſed ipſa traditio, ut per ipſũ quæ ſolutio ẽt in terminis noſtris eſt falſa, quia ẽt ipſa traditio quæ ſecundũ ipſum eſt cauſa immediata eſt prohibita l. 3. §. ſciendum, & tamen text. dicit quod poſſeſſio transfertur, & ideo ſtat adhuc argumentum forte in contrarium, cui tu reſponde faciliter quod non obſtat. quia argumentum procedit quod ad annullandum omnem effectum iuris, ut ſupra dixi in ratione decidendi, ſed in caſu noſtro non transfertur poſſeſſio iuris ciuilis, ſed facti, & naturalis, & pro poſſeſſore quæ iure ciuili non impeditur ut ſupra abunde demonſtraui. Infert Sozi. ex ſua ſolution. quatuor cõcluſiones. Prima eſt ubi cõtractus eſt cauſa immediata tranſlationis poſſeſſionis, ut conductio & præcarium, (nam per locationem transfertur poſſeſſio l. quedã in dier. ff. de rei uendicat) ſi conductio eſt inualida non transfertur, ut ſi dominus rem ſuam conducat non uidetur transferre poſſeſſ. in locatorem per text. bonum in l. ei a quo infra de uſucap. & hic caſus eſt ſatis clarus. Secunda concluſio eſt ubi contractus eſt nullus, & poſſeſſio transfertur per conſtitutum uel præcarium, & hoc caſu etiã poſſeſſio non transfertur, quia exiſtente nullo contractu principali, &c. omnes clauſulæ uidentur eſſe nullæ ut per ipſum hic. Cui adde pulcherrimam deciſionem Afflict. 331. ubi determinatur quod cum res litigioſa uendita fuerit, quo caſu contractus eſt nullus ut ibi per ipſum, ſi tamen conſtitutum appoſitum fuerit in tali contractu poſſeſſio ciuilis non transfertur, & ita ego intelligo ſupradictam concluſionem, nam per conſtitutum transfertur naturalis, & ciuilis poſſeſſio præcedente iuſta cauſa, & bona fide Bar. in l. interdum in prin. inf. eod. ſecus per præcariũ, quia naturalis non transfertur, ideo notarij non prſunt emptoribus apponendo in contractibus, quod uenditor præcario, nomine poſſidere dicitur, ſed benè quando conſtitutum ponitur Iaſ. in l. ab emptione col. 8. de pact. late Capitius in deciſ. 34. nu. 16. poſſeſſio ergo ciuilis exiſtente contractu nullo per conſtitutum non transfertur, ſed poſſeſſio naturalis, quæ facti ſit, dico quod transfertur, ſicut ſi res realiter traderetur, & infra dicam. Tertia conclu. eſt quod ſi in terminis text. noſtri maritus non tradidiſſet, ſed conſtituiſſet ſe poſſidere nomine uxoris poſſeſſ. non dicitur tranſlata ſecundum Paul. de Caſt. & per Sozin. hic ego tamen aliter ſentio, ut ſtatim dicam quia dependent a ſequenti. Quarta & ultima conclu. eſt quod cum ad confirmationem donat. inter uirum & uxorem per mortem traditio ſit neceſſaria l. papinianus de donat. inter uirum & uxorem uidetur dicendum, quod ſi per conſtitutum maritus tranſtulerit, quia conſtitutum uidetur eſſe nullum, quod tunc non confirmabitur morte quia quod nullum eſt, nullum debet producere effectum, ut per ipſum. In contrarium tamen dicit eſſe glo. communiter approbata in l. 2. C. de dot. cau. non numera. quam glo. communiter doct. ſequuntur, ut per Bart. ibi, & per Bald. & Saly. in d. l. papinianus. Vnde Soz. hic diſtinguit, ut per eum, ſed dicas quod diſtinctio ſua nõ eſt uera quia utroq; caſu per conſtitutum transfertur poſſeſſio naturalis, & quæ facti eſt, non tamen poſſeſſio approbata a l. ciuili, quia ſtatim, quod quis conſtituit ſe poſſidere nomine alicuius, perinde eſt ac ſi res realiter tradita ſit, & ideo ſi eſſemus in caſu in quo res realiter tradi deberet, & eſſet immobilis res, ſtatim quod quis conſtituit ſe poſſidere nomine illius illam dicitur adimpleuiſſe ita Aret. poſt Pau. de Caſt. in l. ſi mora. ff. ſolu. matri. Ex quibus infero quod ſi in terminis text. noſtri maritus conſtituiſſet ſe poſſidere nomine uxoris, quod omnia uerba text. noſtri conuenirẽt, uerum eſt .n. ipſam poſſidere pro poſſeſſore, & poſſeſſione naturali non tamen ciuili quicquid dixerit. Argentinus filius Rayna. & Pau. de Cast. hic

facit,

facit, quia illud operatur fictio in caſu ficto quod operatur ueritas in caſu uero, ſed in uera traditione procedit text. noſter, pariter etiam in conſtituto, ex quo transfertur poſſeſſio uera Bart. in l. quod meo infra eod. ex his ſint abſoluta notabilia.

Deueniendo ad oppoſitionem Bar. circa primas duas oppoſi. iam ſupra dictum eſt. Circa tertiam de l. iubemus in fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. quantum ad illũ text. uera eſt prima ſolutio Bart. quod ibi nõ accipiatur poſſeſſ. prout eſt ſeparata a domino, ſed pro ipſa re. Secunda tamen ſolutio Bar. eſt notabilis, quam docto. ſequuntur, quod text. noſter procedit in perſona quæ poteſt deſinere poſſidere, ſecus ſi non poſſit, ut eccleſia & pupillus, ut hic per ipſum, & aliqui adducunt pro confirmatione text. in l. magis puto .§. 1. de rebus eo. qui loquitur de pupillo qui rem quam bona fide poſſidet non poteſt alienare, & ſic reſpectu poſſeſſionis, Iaſ. hic allegat Bart. in contrarium in l. indebiti .§. ſed ſi nummi in primo notabili de condi. indeb. & conatur pluribus modis reſoluere, tu cogita ſi dici poſſit quod in Eccleſia, & in pupillo non ſit diuerſum ab eo quod diſponitur in text. & quod in utroq; caſu transferatur poſſeſſio, ſicut hic, ſed tamen non dicatur poſſeſſio ciuilis, & apta ad ius, ſed facti, & naturalis. Neq; huic declaratione obſtabit text. in l. pupillus ſupra de acqui. rer. domi. qui dicit quod nec poſſeſſionem quæ naturalis eſt amittere poteſt, nam poſſum reſpondere, quod illa uerba intelligantur quæ naturalis eſt .i. quæ eſt de iure gentium introducta, poteſt tamen amittere poſſeſſionem deſinendo actu naturali poſſidere, ut in l. poſſeſſionem infra eod. Cogitabis. Circa oppoſit. d. l. quod meo. cum glo. uide ibi docto. ultra quos Cogita ſi glo. illa poſſit optime ſaluari, ut intelligatur de poſſeſſione ciuili, et habili ad uſucapionem ut requirat cauſam, uel ut ex ea acquiratur dominium, alias poſſeſſio non ciuilis, & naturalis poſſit trãſferri ſine cauſa.

10 †Vltimo quærit Bar. an ex inutili contractu trãſferatur dominium ex cuius dictis colliguntur plures concluſiones, prima ſit quod ubi contractus eſt inutilis ratione pendentiæ cõditionis, dominium transfertur per l. dotis fructus .§. fin. de iure dot. & l. ſub conditione de ſolut. quæ lex ſub conditione debet declarari in fine, ſecundum diſtinctionem d. l. dotis fructus .§. fi. prout Pau. de Caſt. pulchrè declarat in d. l. ſub conditione in fin. iſta concluſio ampliatur, etiam procedere dato quod non conſtet de uera traditione, ſed reperiatur quis in poſſeſſione, ſciente, & patiente aduerſario, nam pro tradita habetur per text. in l. 2. C. eod. & hoc uoluit glo. in l. ſeruitutes la. 1. de ſeruit. Sozi. hic contradicere uidetur, ut uidere poteris, cuius dicta facilè remouentur, & uidentur eſſe contra d. l. 2. C. eod. ubi illa patientia, & ſcientia operatur traditionem. Et ſi tu replicares ibi erat unum tantum quod præſumebatur .ſ. traditio, hic autẽ plura concurrerent, dic quod unum uenit ad alterum ſubordinatũ, ut declarat Pau. in d. l. ſub conditione ſtatim .n. quod damus iſtud quod præſumatur, ſiue fingatur traditio, ia. dubio præſumitur ratione dominij per d. l. dotis fructus, ſtante contractu conditionali, & ratio ſua quod fictio, & præſumptio non concurrant, eſt uera circa idem. Item tenendo quod etiam in iuribus incorporalibus inductio in fundum requiratur, licet non ſit cauſa immediata acquiſitionis poſſeſſionis, conſtat, quod ratio Sozi. poteſt ſubter fugi cũ & in eis inductio requiratur, uide Are. omninò in l. quod meo inf. eod. col. 2. & eundẽ in l. 3. in prin. & ibi Soz. inf. eod. Limita iſtã concluſionẽ, ut hic per Soz. Vltimo dicit Soz. notandũ eſſe quod licet ex tali cõtractu inutili propter pẽdentiam cõditionis nõ impediatur traslatio dominij, tamen nõ trasfertur, a non domino uſucapiendi cõditio per caſum in l. 4. de in diẽ adiect. & habetur in l. 2. §. ſi ſub conditione inf. pro empt. & ſic per hoc limitatur tex. in l. clauibus de contrah. empt. & ita Aret. & poſt ipſum Soz. Pau. tamen de Caſt. & Saly. in l. cõtractus C. de fide inſtru. col. fin. tenẽt contrariũ per optimũ tex. in l. 1. ff. pro dot. & pro ipſorum opinione facit, quia generalitas tex. in l. clauibus non uiolatur, & ad iura quæ uidẽtur negare uſucapionẽ, reſpõdetur unico uerbo, uerũ eſſe reſpectu contractus cõditionalis, quia cũ adhuc in eſſe deductus nõ ſit, nõ poteſt ex eo trãſferri uſucapiendi cõditio, ſed tamen tit. pro ſuo uſucapio procedit. Vide Pau. ibi, & in l. 2. .§. ſi ſub conditione pro empt. in l. 1. pro dot. & ſi poſtmodũ contractus cõditionalis purificetur tit. pro ſuo conuertitur in tit. purificatũ uide ipsũ omnino Monſer. tuetur quod nullo modo præſcribatur per generalitatẽ tex. in d. l. 4. de in diẽ adiect. et reſpondet ad l. 1. ff pro dote, quæ reſpõſio nõ placet, quia licet ibi ſimus in tacita conditione, tamẽ uidetur eſſe idem iuris in expreſſa iux. not. in l. item quia de pact. Tu uerò circa iſtã difficultatẽ conſidera quia ſi eſt uera opi. Pau. et Saly de qua ſupra quæ uidetur ſatis cõis uidetur dicendũ quod ex tali cõtractu nullo modo tranſferatur dominiũ, quia ſi ubi quis nõ eſt dominus ex tali cõtractu conditionali tradendo trãſfert uſucapiendi conditionẽ, ut in tit. pro ſuo, & ſic nõ ipſo titulo cõtractus conditionalis minus etiã uidetur dicendũ quod ſi eſt dominus trãſferat dominiũ ex dicto titulo cõtractus cõditionalis, ſed tit. pro ſuo, quia cũ ipſe ſit inutilis nõ uidetur quod ex eo poſſit trãſferri dominiũ quicquid dixerit Pau. & Saly. in d. l. cõtractus, & huic rationi nõ uideo bonã reſponſionem. Ex quo reſultat, per illa iura nõ probari, quod ex inutili cõtractu transferatur dominium, quia ex eo inutili nõ poteſt trãſferri, ſed trãſfertur tit. pro ſuo ex illa cauſa quæ ſperatur, quæ ſi poſtmodum uenit conuertitur in illũ contractũ ſicut dicunt de eo qui non eſt dominus & tradit, uide tamen Cuma. in d. l. 2. §. ſi ſub conditione ubi uidetur tenere cõtra opin. Pau. & Saly. & conatur reſpõdere ad l. 1. pro dot. licet ſua dicta non pœnitus mihi ſatisfaciant. Secunda eſt cõcluſio ex dictis Bar. quod dominiũ transfertur ex cauſa putatiua, licet cõtractus fuerit inutilis, ſicut nos uidemus in toto tit. de cond. indeb. Vide Pau. de Caſtr. & Saly. in d. l. multum intereſt. qui notabiliter declarat. Circa ultimũ dictũ Bar. remitto te ad ea quæ ponit Aret. hic, qui aliter, & melius declarat tex. in d. l. eleganter. Et ex his ſit impoſitus finis huic .§.

PVLCHERRIMA

ehondatio in l. 3. quæ incipit poſſideri .ff. de acquir. poſſeſſ.

SVMMARIVM.

Immobilia an aliquo modo poſſideantur.
1 Poſſeſſio cur ſolo animo non acquiratur, cum ſolo animo
2 retineatur & amittatur.
An per ſolam inductionem in fundum quaſi poſſeſſio iu-
3 rium acquiratur.
Statutum ſe puniit moleſtantem aliquem in poſſeſſione
4 nunquid procedit in quaſi poſſeſſione.
Poſſeſſ. an acquiratur per traditionẽ clauiũ in abſentia.
5 Poſſeſſio an & quando tranſeat per inueſtituram.
6 Animus continuandi poſſeſſionem an operetur acquiſi-
7 tionem de nouo late diſputatur.
Si conſtitiuĩ te procuratorem meum promittem me ha-
8 bere rata, & firma omnia geſta per te uel per ſub-
ſtitutum tuum an uideatur data poteſtas ſubſtituẽdi.
Acquiſita poſſeſſione unius rei an uideatur acquiſita
9 poſſeſſio aliarum rerum.
Licet per acceptionem unius rei hæreditatis transferatur
10 dominium omnium non tamen poſſeſſio.
Vbi plures res continentur ſub uno integrali an accepta
11 poſſeſſ. unius acquiratur poſſeſſio omnium.
Ex uno actu iuriſdictionali in caſtro an acquiratur iu-
12 riſdictio in omnibus.
Poſſeſſio accepta fuerit domus an dicatur accepta rerũ
13 intus exiſtentium.
Venditis prædiis cum iuribus & pertinentiis non uenit
14 ius exigendi uectigal.
Merum imperium an trãſeat in generalitate uerborum,
15 & quid ſi dicatur, nihil penitus ſibi reſeruando.

DIVIDE & ſumma ut per doct. In prima parte potes facere dubitandi rationem duplici modo, in primis quia uidetur quod non omnia corporalia poſſideri poſſint l. qui uniuerſas .§. 1. infra eod. & textus uult contrarium, quia indefinita legis æquipollet uniuerſali Bart. in l. ſi pluribus de leg. 1. Secundò quia uidetur per iura expreſſa quod etiam incorporalia poſſideantur. Primò per text. in l. 2. §. habere .ff. de preca. & in l. fin. de itin. actu. pri. & in l. qui uſufructum ff. ſi uſusfruct. pet. Ad primam rationem reſponde quod immò illa poſſidentur text. eſt in .§. 1. infra eod. 3 & hoc eſt uerum quantum ad ipſam radicem poſſeſſionis, ſed non quantum ad ius ciuile, quia non præſcribuntur, iſta eſt melior ſolutio quam dicere fallit in his ca-
1 ſibus. † Ad ſecundum ex intentione ſcribentium communiter dicendum eſt, quod incorporalia propriè non poſſidentur, quia in eis non datur inſiſtentia in re, cum in iure conſiſtant, ſed quaſi poſſideri dicuntur, & uerò interdicta quaſi poſſeſſoria introducta ſunt l. quotiens de ſerui. tit. gener. Iſta tamen ſolutio non ex toto ſatisfacit, quia in primis iura allegata in contrariam multum uidentur uiolari, deinde quia iura aperte dicere uidentur quod non poſſidentur l. ſi ſeruus .§. incorporales ſup. tit. proximo, & l. ſeruitutes la 4. de ſeruit tit. generali & ideo ut ſup. dixi ſi quaſi poſſiderentur præſcriberentur, quod negat text. in d. l. ſeruitutes, unde concludendo dicas quod incorporalia non poſſidẽtur aliquo modo, bene uerum eſt quod qui habet huiuſmodi iura, quia illis uti non poteſt ſine re corporali ideo dicitur quodam modo poſſidere rem ipſam naturaliter, ratione illius iuris, & hoc reſpectu datur ei interdictũ bene facit text. in l. naturaliter tit. noſtro, & in l. 3. §. fin. de ui. & ui. arm. Et ideo cum miniſterio inquit text. in l. fin. uti poſſid. quod illud interdictum competit, ſiue quis uſum ſibi defendat, ſiue poſſeſſionem ille ergo qui uſum habet, non dicitur illius iuris poſſeſſor, ſed quia illud ius habere non poteſt, niſi rem ipſam poſſideat ideo habet interdictum. Et ſi iudicas etiam hac ſolutione atenta, iura allegata in contrarium uidentur uiolari, tamen dicimus, quod ſi bene conſiderentur hoc modo minus uiolantur, quia dicimus rem corporalem poſſideri, ratione illius iuris, & iurium, acquiri dicitur poſſeſſio nõ quod ipſa iura poſſideantur aliquo modo, ad quod bene facit text. in l. ſi ædes in fin. ſup. de ſeruit. ruſt. præd. Cogitabis tamen. In ſecunda parte, fac rationem dubitandi quia regula eſt quod contractus, & diſtractus ſolent paribus paſſibus ambulare l. ab emptione .ff. de pact. l. nihil tam naturale .ff. de reg. iur. ſed ſolo animo retinetur, & amittitur poſſeſſ. ergo ſolo animo debet acquiri contrarium tamen deciditur. Neque obſtat ratio in contrariũ facta, quia retẽtio dicitur fauorabilior quã acquiſitio arg. l. patre furioſo ff. de his que ſunt ſui iuſ. uel alie iur. infra in .§. in amittẽda, & regula in contrarium allegata procedit ubi eſt eadem ratio, in caſu noſtro non procedit, quia non fuiſſet conueniens, quod ſolo animo poſſeſſio acquireretur cum non conſtaret, ſic de acquiſitione facta prius per unum, quàm per alium, & fuiſſet maxima confuſio in iure, ſed quod animo retineatur, uel amittatur id fuit æquum, & conueniens, cum quis ſemper rei inſiſtere non poſſit, ut experientia docet, fuit etiam æquum, ut id quod pro me acquiſitum eſt ſi nolim amplius, in bonis meis eſſe reſpectu poſſeſſ. amittam. In tertia parte fac rationem dubitandi de .§. neratius infra ead. l. ubi qui poſſidet fundum non dicitur poſſidere theſaurum, in fundo exiſtentẽ, & tamẽ uidetur pars fundi. Reſpon. quod theſaurus non dicitur pars fundi, ſed quid ſeparatum à fundo ut ibi per Iaſ. & alios. Not. ex text. ut hic per Socin. in primo notab. in quo diſputat poſt Aret. an quaſi poſſeſſ. uſusfructus uel iurium acquiratur per ſolã inductionem in fundum. Circa quã difficultatẽ facit plures cõcluſiones. Prima eſt quod ubi quaſi poſſeſſio eſt iam creata, & in eſſe producta, tunc de perſona in perſonam transfertur per ſolam fundi traditionem, ita intelligendo text. in l. ſi ædes in fin. & l. ſeruitutes quæ in ſuperficie, de ſeruit. ruſt. prædi. ex intentio. Petr. ut hic per ipſum.

Tu

Tu conſidera quia in l. ſi ædes, ideo illud eſt quia non agebatur ſimpliciter de transferenda quaſi poſſeſſione iurium, ſed traditis ædibus exiſtentibus in quaſi poſſeſſione libertatis transfertur cum ſuo iure, quæſtio autem noſtra procedit, ubi ſimpliciter agitur de acquiſitione quaſi poſſeſſ. iurium de per ſe. Text. etiam in l. ſeruitutes non uidetur aliquo modo probare dictum Sozi. ſi conſiderabis. Secunda concluſio eſt ubi agitur de creanda quaſi poſſeſſione iurium, & ea quærenda, & in hac ponit duas concluſiones. Ex quibus infert tria corrolaria, ut per eum. Aduerte ad intellectum l. ſi ego. §. 1. de publici. nam placet quod text. intelligatur, dum dicit ſiue per traditionem uel patientiam de uſufructu conſtituto expreſſe uel tacite prout Aret. intelligere uidetur hic, & infra l. quod meo. Quantum ad text. in l. 1. de ſeruit. ruſt. prædio ibi traditio plane, & patientia. Sozi. hic uno modo declarat, Aret. alio modo, & omnes fuerunt intelligentiæ Accurſii ibi. Pro intellectu Sozi. uidetur ſatis optime facere text. in l. harum ff. ſi ſerui. uendi. ſicut .n. in rebus corporalibus, ubi quis dominus declaratus eſt reſtitutio fit officio iudicis l. officium, ita etiam in iuribus incorporalibus uictori officio iudicis traditio, & patientia præſtatur.

Circa tertium corrolarium quod eſt, ut quaſi poſſeſſio non quæratur per ſolam inductionem in fundum, ſed etiam per uſum placet eius opin. quã etiam Aret. hic firmat, per eandem rationem quam Sozin. adducit, uide per ipſos, non tamen uideo quod debeat fieri differentia inter ſeruitutem uſusfructus, & alias ſeruitutes, quia l. quotiens eſt poſita in titulo de ſeruitut. tit. gener. & dicit generaliter ſiue aliquod ius fundi. ergo procedit generaliter, & licet text. in l. 3. §. dare loquatur de inductione in fundum, id facit tanquam de neceſſario antecedenti ad ius uſusfructus, nam & ille text. poteſt uerificari in qualibet alia ſeruitute, ut tradatur eo modo inducendo aliquem in fundum, & patiendo ipſum, ſiue agere, ſiue uti Cogitabis. Infertur ex ſupradictis ad quæſt. de ſtatuto diſponẽte, ſuper poſſeſſ. ſi quis moleſtauerit, uel turbauerit aliquẽ, uel exercitum duxerit, in poſſeſſionem alicuius, an habeat locum in quaſi poſſeſſione, in qua difficultate magis communis ſententia uidetur quod non, ut late per Iaſ. hic, & Aret. in rub. ſup. eod. & per Sozi. hic. Pro iſta opinione facit in terminis ratio communis, quia in ſtatutis uerba ſunt ſtricte intelligenda, & proprie l. conſtitutionibus, ad municipales l. quicquid aſtringendæ de uerbi. obliga. ergo de propria poſſeſſione intelligi debet. Huic rationi reſponde, quod cum in qualibet diſpoſitione, mens ſit attendenda potius quam uerba iuxta l. nominis, & rei. §. uerbũ ff. de uerb. ſignif. ſi ratio, & mens ſtatuti adaptatur ad quaſi poſſeſſionem, in ea etiam procedere debet, quia ratio eſt anima legis bene facit text. in l. penul. de cloacis ibi quia eadem utilitas eſt, & ſtante eadem ratione, dicitur caſus quaſi poſſeſſionis comprehendi in ſtatuto, bene facit text. in l. ſenatuſconſ. ff. de ritu nupti. Secundo pro hac parte facit text. in l. qua actione. §. proinde ff. ad l. aquil. quem Aret. & Iaſ. adducebant cum ibi notatis per Bald. ad quem text. poteris reſpondere ex uerbis poſitis in l. acquilia quæ nullo modo etiam improprie uerificabatur, & ideo in eo caſu punitur alia actione, & uide text. in §. de leg. aquil. §. fin.

Tertio loco adducitur l. 4. §. illud. ff. rem pupil. ſal. for. ad quem text. reſpondebat Aret. in fin. rub. & Iaſ. hic & Sozi. quæ reſponſio uidetur ſatis dubia quia ſicut diſpoſitio hominis non extenditur pariter nec ſtatutum, cum ſit ſtricti iuris. Item cogita ſi dici poteſt quod illa ſtipulatio non committitur contra eum qui utili actione tenetur, quia illa habet reſpectum ad geſtionem qua deficiente quia fuit in culpa non adminiſtrando, ſed confiſus eſt de contutore tenetur in ſubſidiũ, cũ autẽ cœperit adminiſtrare tunc tenetur & ipſe, & tutores Cogitabis. Quarto Iaſ. adducit illud quod cõmuniter dicunt docto. de ſtatuto diſponente quod mulier non poſſit contrahere ſine certa ſolemnitate, nam non poterit adire, quia eſt quaſi contrahere, uide per ipſum, ſed facilis eſt reſponſio, quia contraria opin. eſt uerior militat .n. eadem ratio in quaſi contractu, ut per eundem Iaſo. in d. l. mutum de acquir. hered. & in l. barbarius de offi. præſid. & ſic retorquetur. Quinto adduco pro hac parte pulchram deciſionem Bal. in l. legem C. loca. ubi uult quod pœna contractus guarentigiati, in contractu locationis non poſſit exequi in tacita recõductione quæ fit ex diſpoſitione legis iuxta l. item quæritur. §. qui impleto ff. locati, quia non eſt uera locatio ſed ficta, & ita Affli. ctus in deciſi. 365. in fin. Ad hoc reſponde pulcherrime ex dictis per Dec. in c. translato de conſtit. nam ideo hoc eſt quia illa tacita reconductio non prouenit immediate ex inſtrumento, & ideo inſtrumentum guarentigiatum in ea non procedit, immo ſi factum promiſſum ſit nõ poteſt agi ex inſtrumento guarentigiato ad intereſſe uide ibi ipſum qui notabiliter loquitur. & uide eundem in l. cum quid ff. ſi certi pet. Pro contraria parte facit doctr. Bart. in l. 1. de actio. & oblig. ut per Aret. & Iaſ. Item doctr. Bal. in l. per diuerſas in 10. quæſt. C. mandã in quibus locis ceſſionarius gaudet priuilegijs principalis creditoris prouenientibus etiam à ſtatuto. Quibus rationibus Iaſ. reſpondet ut per ipſum quod ratione ſubrogationis quia ſubrogatũ ſapit naturã ſubrogati illud euenit quæ ſubrogatio non cadit in caſu noſtro, bene facit text. in. §. reliquum de hæred. ab inteſt. in authen.

Secundo loco facit quia priuilegia tradita actioni ex ſtipulatu pro dote ſunt etiam tradita fictæ ſiue præſumptæ ſtipulationi, ut per Bald. in l. ad probationẽ C. de probatio: facit tex. in l. unica C. de rei uxo. actio. Ad hoc reſpondet Dec. in d. c. translato quod procedit fauore dotis uide ipſum. Tertio facit text. in l. ſi quis in tantam C. unde ui. cum ibi not. ad quem cõnatur Iaſ. reſpondere duobus modis, & ſuæ reſponſiones concludunt contra ipſum, quia uſufructuarius non dicitur proprie poſſidere, & tamen ille text. ſecundum ipſum procedit in eo qui naturaliter rem ipſam poſſidet, ergo & ſtatutum. Secunda etiam ratio ſi eſt uera quod per iſtam regulæ ſit facta æquiparatio, ergo contra ipſum, dic ut alias eſt, quod quicquid in uno diſpoſitũ ſit, diſpoſitũ ſit in alio.

Quarto facit text. in l. ſed, & ſi poſſeſſori §. ſi iura, uero .ff. de iur. iura, ubi Iaſon. not. iſtum text. pro hac parte, & Bal. in loco allegato hic per Iaſ. ſed poſſet reſponderi quod ibi propter adiunctum ne eſſet iuratio ita, uerba intelliguntur quia iuraui deberi mihi uſumfructum in pecunia in qua uerus uſusfructus non poteſt conſiſtere, & ſic uerba intelliguntur eo modo, quo intelligi poſſunt ſecus in caſu noſtro in quo ſtatutum ſimpliciter loquitur de poſſeſſione. Quid tenendum breuiter concludendum eſt ex ſententia Sozin. quod ubi eſſet eadem ratio in quaſi poſſeſſione quæ eſt in poſſeſſione, tunc indubitanter ſtatutum procedere et in quaſi poſſeſſione, ad quod ultra ipſum pōt allegari, quia ſicut in interdicto de ui. & ui. arm. & interdict. uti poſſid. quæ dantur ad tuendos poſſeſſores, & recuperandas poſſeſſiones extenduntur ad uſuarium, & uſufructuarium propter eandem rationē pariter quoq; dicendum eſt idem in ſtatuto, ſimiliter etiam facit, quia ſi publiciana actio datur ei qui poſſedit l. cū ſponſus in fi. de publiciana & extenditur ad iſta l. ſi ego. §. 1. eadē tit. ergo idem in caſu noſtro. Facit etiam ratio Zaſii qui indiſtincte tenet hanc partē, quia talis poſſeſſio, non differt a poſſeſſione rerum corporalium niſi ratione ſubiecti, ergo in eo ſtatutum debet habere locum, cum in ſubſtantia ſit eadem. Item facit doct. Bal. in l. 1. C. commu. de uſucap. ubi inquit quod ſtatutum de poſſeſſione ex materia ſubiecta debet declarari de qua poſſeſſione intelligatur, ſi uero poſſet conſiderari aliqua diuerſitatis ratio, tunc ſecus eſſet dicendū prout hic Sozi. conſiderat, licet tex. in l. ad eum .ff. de donatio. non faciat, quia ibi ceſſio non fuit facta, ut declarat Pau. de Caſt. immò ſi fuiſſet facta non procederet ille tex. ex hoc apparet quod potius facit contra. Circa alia notabilia non inſiſto. Venio ad glo. 1. circa quam Bart. nil addit. Circa illum caſum l. quarundam infra eodem declara ut per Alexan. & Sozin. hic adde quod ante eos illud dixi Paul. de Caſtr. ibi quem mirandeque notabiliter declarat illum text. Circa l. clauibus. ſatis fuit dictum ſupra in l. 1. ubi defenſam opinio. Alex. Sozi. hic excitat difficultatem ut per ipſum, & ponit duas conclu. Adde ſi prima concluſio Sozi. eſt uera,
5 procedit etiam ſi non fuerint in præſentia rei, ſed iuxta per ea quæ ſupra dixi in l. 1. ubi tenui non eſſe neceſſarium quod in præſentia horrei claues tradantur, uidetur tamen ubi ſtare quia non uidetur uera opin. Sozi. & aliorum quod hoc caſu acquiratur poſſeſſio niſi aperto horreo, quia ex quo in abſentia fuerunt traditæ claues, non fuit intentionis uſque poſtquam apprehenderit & aperuerit acquiratur poſſeſſio, & de tali acquiſitione cum horreum uideretur, non uidetur quod fuerit cogitatum, & actus agentium non operatur ultra intentionem l. ſi quis nec cauſam .ff. ſi cert. pet. nec uidetur obſtare quod uoluntas uidetur durare, nam non negatur, ſed durat inſpecta prima intentione ſecundum quam cum traditæ fuerint claues in abſentia non cogitauerunt quod acquireretur ante aperturam horrei, cogitat tamen. Et ex hoc ratione ſi conſiderabis inferetur contra eundē Soz. in 2. concluſione inquantum tenet contra illos. Modernos, nam ratio ſua non facit, quia dum ipſe dicit quod parificatur cuſtodia, & aſpectus acquiſitioni quæ fit cū ingreſſu hoc eſt uerum quod cuſtodia & aſpectus æquiparatur ingreſſu data præſentia domini tradentis claues iuxta horreum, ſed quando in abſentia traditæ ſunt, nō cogitauit dominus, ut prius acquireretur ut ſup. dixi. Item quando quis per ingreſſum debet acquirere uoluntate domini, non prius acquirit quam ingrediatur, dato quod ſit in abſentia rei, & uoluntas etiam hoc caſu præſumitur durare, ita ergo quando, in abſentia traditæ ſunt claues uidetur actum, ut propria authoritate res apprehendat, donec ergo non apprehenderit nō uidetur acquiſita poſſeſſio quia ceſſat intentio tradentis, ex hoc etiā reſpondetur ad ſuam confirmationem, quia negamus fuiſſe intentionem ut prius acquiratur poſſeſſio quā ante aperturam, & tunc immediate acquiritur poſſeſſio per traditionem clauiū quando fuit ſeruata forma de qua in l. clauibus, quæ non fuit ſeruata in caſu noſtro. Cogitabis ſuper his. Circa text. in l. 1. C. de donat. uide multa hic per Alex. Non defuere qui dixerunt ibi non transferri poſſeſſionem ſed dominium tantum, ut per Peruſin. quod non placet quia ſi traditio facta dicatur ſeruorum, per traditionem poſſeſſio in conſequentiam transfertur, ut in §. 2. inſti. per quas perſo. nob. acq. pro hoc facit l. clauibus, & circa illum text. placet quod non requiratur quod in præſentia fuerit facta traditio, quia tunc traditio inſtrumenti non operatur aliquid, & hoc
6 modo ille text. non uiolatur. Alexan. hic tractat remiſſiue, an & quando per inueſtituram transeat poſſeſſio. Tu circa hoc uide late deciſ. Afflicti. 299. ubi late diſputat de hoc, & uide Iaſon. in l. quoties 12. limit. C. de rei uend.

7 In ea difficultate an animus continuandi poſſeſſionē operetur acquiſitionem de nouo plurima deduci poſſunt hinc unde quo uide per Iaſo. opinio. communis eſt quod operetur acquiſitionem de nouo, ut Bart. tamen licet ad ſua fundamenta poſſit reſponderi, nam Iaſo. reſpondet ad primum motiuum, ut per eum. Ad ſecundum de text. noſtro colligitur reſponſio ex dictis Sozi. in uerſic. Et ſic diſputatiue nellas tenere, & c. quia in text. noſtro, in uolente poſſidere in neceſſarium antecedens præſumitur animus acquirendi de nouo, arg. l. illud .ff. de acq. hered. quod non uidetur præſuppoſitum in non uolente continuare neceſſarium. Ad alia motiua Bart. reſpondet hic Sozi. uide ipſum, & uide omnino Pau. de Caſtr. in l. ſequitur. §. de illo. ff. de uſucap. pro declaratione an & quando partus poſſit uſucapi. Pro iſta ſententia communi adducit Alex. text. in l. ſi quis pubi. bona. §. ſed quid ſi mandaui, quem text. dicit Aret. in l. legata, inutiliter, multum facere pro hac opinione. Adducitur & text. in l. uenditione commu. prædio. ubi Paul. de Caſt. dicit eſſe optimum contra glo. hic, & dicit ſe credere quod Bart. allegat eum hic contra glo. quod non facit. Tu dicas quod ille text. non urget, prout ibi Pau. declarat illum text. quia procedit quando ille qui dixit domus non eſſe liberas ſciebat eas eſſe liberas, ſed in caſu noſtro dominus credebat ſibi quaſitam, & ſic non ſerbat

bat uerum. Contra communem multum uidetur, urgere text. in l. is qui putat de acquir. hared. cui reſpondet Aret. hic ex mente Bart. in l. gerit col. penul. de acqui. hered. & refert Sozi. hic. Ipſe tamen Sozi. dicit quod reſponſio ſibi non placet quantum ad terminos Bart. in d. l. gerit, quia ibi immiſcens habebat animũ acq. hered. defuncti & conſequenter hereditatem quam putabat defunctum acceptaſſe, & hoc cauſatiua neceſſitate, quia unam ſine altera non poterat habere, ſed in caſu glo. negatur animus quærendi, ſed ſolũ continuandi. Tu conſidera quod licet illud dictum Sozi. ſatis placeat, tamen propter hoc non remouetur reſponſio ad tex. in d. l. is qui putat, quæ loquitur in eo qui ex neceſſitate continuat in acquiſitione hæreditatis, ideo ſi non eſt neceſſarius non uidetur quod concurrat uoluntas ſua libera in acquirendo prout Aret. declarat. Magis tamen contra hanc ſolut. facere uidetur, quia ſi præſupponimus econtra aliquem uere eſſe neceſſarium, ipſe ſe putat uoluntarium nunquid procedat ille text. & glo. ibi tenet quod ſic, & tamen nõ militat hoc caſu ratio Bart. & doct. de neceſſitate præciſa, immò ipſe uoluntarie adiuit et illã glo. communiter ſequ. doct. ut per Iaſo. ibi poſt Aret. licet multi tenuerint contra. Alex. alio modo reſpondebat quẽ Sozi. hic refert & fuit reſponſio Rom. in d. l. is qui putat Sozi. hic eam reprobat, & ſua reprobatio non eſt bona, quia non eſt uerum, quod animus plus operetur in acquiſitione poſſeſ. quàm corpus immò æquali modo, & ſicut corpus fingitur interuenire aliquando ita animus uide ipſum ſup. in ult. not. Reſponſio tamen Alex. & Rom. non ſatiſfacit quia etiam hæreditatis aditio, & ſi animo conſiſtat tamen facto declaratur, uel uerbo, & ideo iura dicunt non tam animi quam facti eſſe in l. pro hæred. de acqu. hered. Vlterius eſt diuerſificare non ponere bonam rationem differentiæ & uide Aret. in d. l. is qui putat ubi reprobat aliis modis hanc reſponſ. col. 2. Vnde ad illum tex. uel teneas ſolutionem Soz. hic qua uidetur eſſe multum notabilis, uel teneas eam quam Iaſ. refert. Vlterius aduerte quod contra hanc communem deciſ. uidetur facere pulcherrima deciſio Gem. in c. 2. §. 1. de procur. in 6. quem Felyn. pro notab. refert in c. licet de prob. eam ponit, & commendat

8 mendat Hyppol. in ſing. 602. ubi adducit conſi. [illegible] uolunt [illegible] quod ſi conſtituo te procuratorem meum, & in ipſa diſpoſitione non do tibi facultatem ſubſtituendi in fine tamen cõtractus dico promittens me omnia rata habere & tenere firma omnia quæ fuerint per te geſta ſiue per ſubſtitutum tuum quod non tamen propter hoc uidetur data poteſtas ſubſtituendi, & quilibet diceret contrarium, & ſic actus confirmationis non inducit de nouo [illegible], & ratio iſtius deciſionis eſt quia clauſula in fine poſita non alterat diſpoſitionẽ principalem [illegible] de prebend. ergo [illegible] doctrina facit per gloſam. Sed tamen dic [illegible] per Claud. quod concluſio communis procedit quando actus confirmatorius ponitur in diſpoſitione, ſecus ut quando in fine cũ clauſulis &c. uel quod uide [illegible] pulchram doctrinam Decij in l. non omnis ff. ſi cert. pet. quando in donatione cauſa mortis adijciuntur illa uerba. Ita ut reuocari nõ poſ

9 ſit uide ipſum. Venio modo ad theoricam Bart. in 2. glo, ex qua colliguntur plures notab. concluſiones.

Prima ſit quod ubi tractatur de acquiſitione poſſeſſionis rerum ſeparatarum, per acquiſitionem unius non acquiritur poſſeſſio aliarum etiam quod animus uoluerit quã glo. ſequuntur communiter doct. quæ ſatis probari uidetur in l. prædia tit. noſtro, & in l. 1. §. ueteres, ex qua concluſ. infertur ſecundum Alex. ad dictum. Speculat. qui dicebat male facere executores cum debeant mittere aliquem in poſſeſſionem plurium rerum, ponunt ipsũ in poſſeſſionem unius tantum, credentes hoc ſufficere, nam non ſufficit cum res ipſe ſeparatæ ſint. Limitat tamen Zaſi. peritiſſ. hoc niſi aliæ res ſiue prædia eſſent ita propinqua, ut plane oculis uiderentur. Tu aduerte quia quo Zaſius uult, quod in tali acquiſitione adſit uoluntas domini tradentis, & tunc ut transferatur poſſeſſio, non eſt neceſſarius aliquis actus corporeus uerus in aliqua re ut acquiratur poſſeſſio, ſed ſufficit eius uoluntas oſtendendo prædicta prædia. Aut uult quod non concurrat, & tunc dico quod non ſufficit apprehenſio unius cum ſint ſeparata prædia, & ſolis oculis hoc caſu non poteſt acquiri, et hoc ſi non ſumus in executore, in eo uero dicerem, ſi tenes opin. communem de qua ſup. in l. 1. col. fin. quod ſi potuit ingredi, debet ingredi, ſi non facit ut ibi. Si uero tenes opinionem quam firmaui dic ut ſup. dixi, quia ego teneo, quod factum iudicis, dicatur factum partis in caſu iſto, & ibi dedi reſponſum omnibus.

10 Secunda concluſio colligitur ex dictis Bart. quod ubi plures res continentur ſub uno uniuerſali, ut puta in hæreditate, tunc licet per unam rem acceptam, dicatur fieri reſtitutio iuris l. reſtituta, non tamen dicitur acquiſita poſſeſſio omnium hereditariarum, & hæc concluſio communis eſt, & ueriſſima quæ probatur clare in §. ueteres ſupra in l. 1. ubi apprehenſa poſſeſſione ſerui hereditarij, non dicitur acquiſita poſſeſſio aliarũ rerum. Et ſic uides quod adita hæreditate, & apprehenſa poſſeſſione unius rei, licet dominium [illegible] dicitur transferri, quia heres in omnibus [illegible] eſt dominus, & non poteſt dici [illegible] eſt in poſſeſſione, & ad hoc uide pulcherrimam deciſionem Afflicti [illegible] heredes [illegible] noſtro, ut procedat quando defunctus poſſidebat per ſe animo & corpore, ſecus ſi ſaltem animo, & corpore alieno, ut per colonum, [illegible] communis [illegible] heredis [illegible] ei poſſeſſionem [illegible] Alexan. [illegible] infra autem quod [illegible]

11 Tertia concluſio colligitur ex dictis Bar. quod ſi plures res continentur ſub uno integrali puta ſub caſtro, & tractamus de acquiſitione poſſeſſionis ipſorum ædificiorum ſitorum in loco, & tunc per apprehenſionem partis dicitur apprehenſa poſſeſſio totius ex quo ſub eo [illegible] integrali continentur, & eadem reſpondent, & ad hoc bene facit dictum Innocent. in c. ex literis de reſtit. ſpoliat. ubi dicit quod prælatus ingrediens poſſeſſionem eccleſiæ dicitur acquiſiuiſſe poſſeſſionem aliarum, & aliorum

rum ædeficiorum quæ ſunt ſub eccleſia, bene facit tex. in l. Gaius. §. i. de leg. 2. & l. prædijs. §. ſi Titio, & §. balneas cum ſeq. de leg. 3 quæ iura licet loquātur quantum ad ualiditatem legati. & in tranſlatione dominij, tamen bene faciunt etiam in caſu iſto cum ea iura demonſtrent haberi res illas legatas, in illis iuribus pro una re, & ſic militabit tunc ratio tex. noſtri. Limita iſtam concluſionem niſi in eo loco eſſent aliqua prædia ſeparata à ratione Caſtri quæ tanquam ſeparata habentur, tunc .n. non uideretur apprehenſa poſſeſſio illorum prædiorum ad hoc bene facit in argumentum text. in l. ſi patronus. §. 1. ff. de leg. 3. & text. in d. l. prædijs. §. ſi Titio.

12 Quarta concluſio colligitur, quod ſi quærimus de acquiſitione poſſeſſionis, uel quaſi iuriſdictionis ipſius Caſtri, tunc Bart. ponit duas concluſ. Prima ſit quod ex uno, actu iuriſdictionali facto cum uoluntate tradentis, acquiritur quaſi poſſeſſ. uniuerſaliter in toto Caſtro non diſtinguendo qui actus fuerit ille hanc concluſ. ſequuntur communiter doct. per text. adductum per Bart. hic, quam intellige quando illi actui iuriſdictionali fuit paritum per ſubditos, ut colliges late ex deciſ. Afflict. 300. in fin. ubi pulchre & per eundem in deciſione 261. num. 7. & aduerte ad illam deciſ. 301. quæ eſt mirabilis, quia ibi homines ut uniuerſi non conſenſerunt in tranſlatione poſſeſſionis, niſi in regium commiſſariū nomine regiæ maieſtatis, & tamen quia ille commiſſarius dixerat aliquibus hominibus particularibus, ſe uelle acquirere, nomine alicuius particularis, ei acquiſitā fuiſſe poſſeſſionem fuit notatum, de qua deciſ. ego dubito, ſalua reuerentia ſacri Conſilij; quia propter diſſenſum uidetur impediri tranſlatio poſſeſſionis ſicut impeditur ratione diſſenſus in re, unde Pau. in l. ſi me in uacuam tit. noſtro Cogitabis. Adde etiam deciſ. Capitij 27. ubi multa quod per bannimenta etiam quod eis non ſit paritum, ſit iuriſdictio quæſita, quod uidetur eſſe contra prædicta. Cogitabis, pro reſolutione poteris dicere quod loquitur de quaſi poſſeſſione.

Quinta concluſio colligitur ex dictis Bart. quod ubi actus iuriſdictionalis, non fuit uoluntate tradētis factus an acquiratur quaſi poſſeſſio remittit ſe ad dicta per eū in l. 1. §. ſi quis hoc interdictum de itin. actuque priuatum uideas & declara, ut hic per Iaſ. & alios. Ex ſupradictis poſſunt determinari aliquæ quæſtiones. Prima quid dicendum de grege qualiter acquiratur poſſeſſio, & cum ſit quid integrale ſub qua continetur plura acceptis aliquibus ouibus dicitur accepta poſſeſſio totius gregis.

13 Secunda quæſtio quid dicendum accepta poſſeſſione domus an dicatur accepta poſſeſſio rerum exiſtentium in domo, uide per Alex. hic qui concludit quod ſic reſpondendo ad l. qui uniuerſas infra eodem quæ reſponſio non placet, ſed melior eſt ut loquatur, de coniunctis, & connexis domui iuxta text. in l. cum quis ædes, ff. de uſucap. Et aduerte quod iura quæ adducuntur non probant communem opinionem, quia lex clauibus nihil facit, ſiquidem ibi tractabatur de acquiſitione rerum exiſtentium intra horreum, non de ipſo horreo. Et Peruſ. hic reſpondent. Et cum aliæ res mobiles exiſtentes in domo, non dicantur pars ipſius domus integralis, uidetur quod non ſit acquiſita poſſeſſio illarum rerum, & de conſuetudine ſolet accipi poſſeſſio & domus & particularium rerum, claudendo ſcrinia, & faciendo ſimiles actus, uel dicas quod in hac re attendenda ſit intentio accipientis poſſeſſionem, & tradentis Cogitabis.

14 Vltimò Alex. ponit hic aliqua pulcherrima dicta, quæ poteris uidere per te, & adde dum dicit, quod uenditis prædijs cum iuribus, & pertinentijs, non uenit ius exigendi uectigal, neq; uenit erectio furcarum, ut ipſe dicit, per dicta Innocentij, nam iſta dicta de plano procedunt ubi uenduntur ſub nomine nominis particularis, ſecus ſi uenderetur Caſtrum, uel ciuitas, uel baronia cum iuribus & pertinentijs ita Innocentius in locis allegatis per Alex. & Iaſo. qui allegat multa in conſi. 45. uol. primo.

15 Sed aduerte quia merum imperium, non uidetur tranſire cum iſta generalitate uerborum cum ſit de regalibus cap. primo, quæ ſint reg. in uſi. feud. Sed quid dicas ſi quis alienauit cum omni iuriſdictione iuribus & pertinentijs nihil reſeruando? Certe hoc caſu tranſeunt etiam Regalia i. merum Imperium in hoc tamen regno non tranſeunt niſi ſpecialiter exprimuntur, ut in conſt. ea quæ ad decus uide deciſ. Afflict. 122. ubi ita fuit notatum, ſed conſidera ſuper illa deciſ. ſemper ſalua reuerentia ſacri Conſilij, nam illa conſti. idem diſponit quod ius commune, & tamen ſtante diſpoſitione iuris communis per eadem uerba tranſeunt regalia, quia aliud illa uerba operari non poſſunt. Item quia & ſi filius ſpecialiter debeat exhæredari, tamen ubi ſit per uerba generalia, ſufficit ubi non adeſt niſi unus filius l. 2. de lib. & poſthu. Item nouatio debet hodie nominatim, & ſpecialiter fieri, & tamen fit per uerba generalia, & per coniecturas, uide in deciſ. Afflict. 44. ergo uideretur etiam quod ſtante dicta conſtitutione hæc militarent. Cogitabam defendendo quod conſtitutio ut aliquid operetur excludat omnino uerborum generalitatē, licet aliàs ſufficiant. Et quia ſicut aliàs concurrente prohibitione legis uel hominis prohibetur indiſtincte alienatio, ut habetur in l. 2. C. pro empto. & in l. filius familias. §. diui. de leg. 1. ita dicendum ſit in propoſito Domum adde tu nouam quæſt. quam ponit Affl. in deciſ. 334. quæ eſt notabilis. Et ex his ſit expeditum hoc principium.

§. EX CONTRARIO
L. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.

SVMMARIVM.

1 Poſſeſſio unica.

2 Poſſeſſio ex eo quod animo retineatur nō eſt diuerſa ab ea quæ acquiſita fuit, ſed tantum in modo differt.

3 Fatua eſt diſputatio quæ nam ſit poſſeſſio quæ uſucapionem pariat an ea quæ animo uel corpore retinetur.

4 Plures poſſeſſiones numero circa eandem rem inſolidum eſſe non poſſunt.

5 *Plures uſufructuarij inſolidum uti non poſſunt.*
6 *Vnus uſufructuarius alius uſuarius inſolidũ nõ utuntur.*
7 *Plures rõnes dubitãdi ad tex. ex quibus tex. declaratur.*
8 *Plures apparenter inſolidum poſsident.*
9 *Plures eodem reſpectu inſolidum poſsidere non poſſunt ſecus diuerſo.*
10 *Præcarium recipiens cur dicatur poſsidere commodatarius non Sozin. laborat, & reprehenditur.*
11 *Declaratur text. in illis uerbis duos iuſte poſsidere non poſſe, uel duos iniuſte unum iuſte alium iniuſte poſſe.*

PRO Intelligentia huius difficillimi .§. præmitte tria quæ omninò figas cordi tuo aliter nõ poteris aliquid percipere in materia
1 *iſta. Primum eſt illud quod firmaui ſupra in l. 1. in princ. quod poſſeſsio eſt unica in ſpecie, quæ uera et naturalis, ac realis poſſeſsio dicitur, quæ quidem ſi habuerit iuris ciuilis approbationem, ut quia bona fide, & iuſto tit. quis eam habeat dicitur ciuilis poſſeſsio, quæ producit uſucapionẽ, ſi uero non habuerit iuris ciuilis approbationem tunc dicitur naturalis, & non producit uſucapionem, licet poſſit aliquem iuris ciuilis effectum producere, ut interdicta iuxta l. 1. §. deijcitur de ui, & ui, arm. non ergo dicuntur duæ ſpecies differentes, hinc reperies aliquando etiam poſſeſſ. quæ producit uſucapionem dici detentationem, uel naturalem poſſeſsionem, ut dixi in d. l. 1. in fin. articuli. Sicut mulier quæ parit non dicitur ſpecie differre, ſed accidenti, ita in propoſito de poſſeſsione dicitur, & ſicut filius naturalis tantum, ſiue ſpurius non dicitur differre a filio legittimo tantum uel naturali, & legitimo ſpecie, ſed tantum quibuſdam qua-*
2 *litatibus, ita eſt in poſſeſsione. † Præmitte 2. quod talis poſſeſsio uera ac naturalis, quæ eſt unica ſpeciæ, ſi instrumento corporis retinetur dicitur tunc corpore inſiſti, & naturaliter teneri non quod ibi animus non ſit, ſed quia corpus tunc prædominatur iura nominant eam naturalem poſſeſsionem non quod aliquo modo differat ſpecie ab ea, quæ animo retinetur, immo ea quæ animo retinetur eſt eadem in ſpecie, licet inſtrumento alio inducto a iure ciuili .i. animo retineatur, & not. quia ut dixi in l. 1. ſup. eod. nuſquam reperies iura hoc reſpectu appellare ciuilẽ, ſed tantum dicunt animo poſsidet, ut in l. & habet .§. eum qui de præca. & in l. 1. §. eum qui neque animo de ui, & ui, arm. & in l. licet C. eod, & infinita iura reperies, male ergo fecerunt doct. baptizare poſſeſsionem quæ animo retinetur ciuilem tanquam ſpecie ſeparatam a naturali, & uera poſſeſs. animus .n. retinet eam poſſeſs. quam quis corpore, & animo acquiſiuit, quæ nullo modo differt, niſi quod alio modo retinetur, quam retineretur cum corpore inſiſte-*
3 *bam, & hoc figas cordi omnino. † Ex his duobus euidentialibus ſi bene intuearis redditur prorſus uana diſputatio, quænam poſſeſſ. ſit illa, quæ producit uſucapionem, cum .n. unica ſit, ut dixi, & eadem omnino retinetur, conſtat quod quæſtio eſt fatua; bene uerum eſt quod abſens retinendo animo poſſeſs. quam acquiſiuit corpore, & animo uſucapit, ſi acquiſitio poſſeſsionis fuit iuſta cum tit. & bona fide hoc dicunt iura allegata per Bar. nec quicquam aliud, immo ipſa ciuilis ſine naturali nihil operatur, ut in .§. neratius ſupra eadem l. Tertio & ultimo præmittas, quod poſſeſſ. poteſt dupliciter conſiderari. Primo modo quo ad ſui ſubſtantiam, & radicem & ueritatem, & de iſta poſſeſsione loquitur hic iuriſconſul. ut uidebis in caſus figuratione. Alio modo poteſt conſiderari poſſeſſ. quo ad apparentiã quandam, quæ reſultat, ac procedit ex diuerſis actibus poſſeſſoriis ſicut eſt ſerere, et arare, colligere fructus; hi enim actus ſunt poſſeſſorij, ut conſtat ex l. cum facit. ff. de ui & ui arm. & de iſta apparenti poſſeſſ. nõ loquitur hic tex. ut uidebis. Sed de ea loquitur tit. uti poſsid. ut declarabo ſuo loco. His ergo breuiter præmiſsis, quæ omnino ſerua memoriæ. Diuide text. ut per Bart. & alios Summariũ Bart. quod ſequuntur cõiter doct. nullo mõ teneas, quia in pluribus deficit. Peccat .n. in primis, dum in principio dicit poſſeſsio eadem numero, nam illud uerbum numero penitus uacat, & eſt impertinens cum .n. loquatur de eadem poſſeſſ. impertinenter additur numero. Poſſeſ. forte dicere, & ſaluare Bart. ut uoluerit dicere poſſeſſ. eadem numero .i. eodem indiuiduo poſſeſsionis plures non poſſunt inſolidum poſsidere ſecus ſi non ſit idem indiuiduum, licet poſſeſsio ſit unica in ſpecie hoc demonſtrant uerba Bart. cum dicit, uel numero.*
4 *Peccat ſubinde cum dicit plures ſpecie, uel numero differenter poſſunt eſſe apud plures inſolidũ, nam non dantur poſſeſsiones ſpecie differentes, neque in hoc tex. hoc probatur, ſed eſt unica poſſeſsio, ut ſupra dixi. & dixit Bart. hoc ratione poſſeſsionis quam animo retinet ille qui præcarium dat, & reſpectu poſſeſsionis, quam habet recipiens præcarium, quæ nullo modo differunt ſpecie, ſed qualitate, ut infra dicam. Peccat etiam dum dicit, uel numero, quia non uidetur ſecundum Sozi. quod hic tractetur de talibus poſſeſsionibus, nec fuit intentio iuriſconſult. iſta licet poſtmodum ipſe Sozi. hic in 3. notab. ibi ex eodem text. in uerſ. Sabinus ſaluet conſiderando tex. a contrario ſenſu in uerbo eadem poſſeſsio; ergo ſi nõ eſt eadem numero, poterit eſſe apud plures. Nec uidetur poſſe ſaluari Bart. quod uoluerit loqui copulatiue, tum propter dictionem uel, tum quia tunc illud uerbum numero eſſet ſuperfluum, cum id quod ſpecie differt differat, & numero, non autem econtra. Vnde ipſe, & poſt eum Iaſ. dicunt ſaluando Bar. duplici modo poſſe exemplificari, tum in pluribus uſufructuarijs reſpectu eiuſdẽ rei, iuxta l. fi. uti poſsid. itẽ in uſufructuario, & uſuario, ut per ipſos, tum etiam alio caſu ſecundum Iaſ. notabiliter, ut ſtatim dicam. Tu aduerte quia uterque de-*
5 *cipitur. † In primis circa duos uſufructuarios, dicis eſſe impoſsibile, ut inſolidum utantur, unus enim alterum impediret, ſeruabitur ergo in eis diſpoſitio text. in l. ſi uſusfructus legatus ſit .§. fi. cum l. ſequen. & in l. quo*
6 *ties de uſufructu. † Quo ad uſufructuarium, & uſua-* 8

rium dic quod hi inter ſe cõueniant ne alter alterum impediat in ſuo iure, nam uſuarius pro ſua neceſſitate utetur fundo, fructuario non impediente, & fructuarius fructus percipiet ſine impedimento uſuarij ita l. ſi. uti poſſi. uide bonum text. in l. ſi alij uſus de uſufru. l. licet ergo hoc caſu utrique fundum ipſum retinere pro iure ſuo pro indiuiſo, ut eſt glo. in d. l. ſi. Cogita in duobus uſuarijs ſi poteſt ſaluari Bart. in re immobili per tex. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus. ff. commod. Exemplum Iaſ. adeo manifeſtum eſt, ut reprobatione non indigeat, quia in caſu ſuo, ex quo diuiſus eſt fundus ratione facilioris locationis, licet quo ad quid dicatur unus fundus in intentione teſtatoris, tamen reſpectu partium locatorum poſſeſſ. eſt ſeparata unius partis, ab altera parte. Vide ergo quod non eſt uerum quod plures poſſeſſiones numero ſimpliciter inſimul inſolidum eſſe poſſint circa eandem rem. Pro qua opinione facit ratio Sozin. hic in ſecun. notabi. Cogita ſi dici poteſt, quod Bart. poſuerit ſummariũ alternatiue, nõ habens præciſe pro uero, quod tex. loquatur de pluribus poſſeſſionibus ſpecie differẽtibus, ſed bene de pluribus differẽtibus numero. Aliter ergo ſummarẽ tex. non recedẽdo ab eo. Plures inſolidum eandem rem poſſidere non poſſunt etiam uariata circumſtantia extrinſeca precarij tamen dictione aliter receptum eſt. Caſum ad text. figura, ut hic per Alexan.

7 † Rationes dubitãdi plurimæ eſſe poſſunt ex quibus habebitis pro maiori parte declaratum iſtum. §. in primis forma rationem dubitandi, quam hic Pau. ponit in duobus reis debendi, qui re conſtitui poſſunt, quorum natura eſt ut unuſquiſque inſolidum teneatur, & tamen impoſſibile eſt, quod apud unumquemq; inſolidum res perueniat uide ipſum.

Secunda ratio eſt de l. ſi duo. uti. poſſi. ubi text. præſupponit clare duos inſolidum poſſidere. Tertia ratio ſit ex. §. qui ad nundinas l. clam poſſidere, inf. eod. nam abſens poſſeſſionem animo retinet, ut ibi text. ingreſſus etiam poſſidet, & ſi exierit animo retinendi eam retinet, ergo duo inſolidum poſſident. Quarta ratio ſit creditor qui recipit pignus poſſidet, & debitor qui dedit poſſidet ergo duo inſolidum poſſident, uide infra l. 1. §. per ſeruum corporaliter cum ibi no. Quinta ratio ſit, ſi ſum dominus fundi, & poſſeſſor, & exeo retineo animo poſſeſſionem, ſi interim aliquis eundem emat, & ingrediatur bona fide dicitur poſſidere, & ſi ipſe etiam exeat, poſſidet animo, ergo duo inſolidum poſſident, & his rationibus uolo eſſe contentus, nam his reſolutis habebis reſolutionem in multis alijs caſibus. His ergo rationibus non obſtantibus Iuriſcon. hic in prima parte decidit plures eadem rem inſolidum poſſidere non poſſe, & ſubnectit rationem a naturali ratione ibi contra naturam quippe eſt, &c. quam rationem declara, ut hic per Sozi. & Iaſ. in primo no. & cum text. noſtro concordat pulcherrimus text. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus. ff. commo. & tex. in l. duo infra de preca. Ad contraria reſpondetur. Ad primum reſponde, ut per Pau. de Caſtr. & latius per Aret. in l. eandem de duo rei.

8 † Ad ſecundum reſpõde ex tertio euidentiali quia accipiendo poſſeſſ. pro qualam apparentia poſſidendi tunc plures inſimul eãdem rem poſſidere poſſunt, plures enim poſſunt agere actus poſſeſſorios reſpectu eiuſdem agri, et unus quiſq; ſerere, colligere fructus, & arare prout quotidie uidemus fieri cum eſt controuerſia de aliquo agro, uel nemore unuſquiſq; enim facit actus poſſeſſorios, ut actor non ſit, quia difficile eſt probare dominiũ, & quo ad hanc poſſeſſionem apparentem apud iudicem poſtmodum diſcutitur qui ſi inuenerit unum poſſidere iuſte, alterum iniuſte reſpectu ſue poſſeſſionis, is uincet qui iuſte poſſidet, ut d. l. ſi duo. Si uero non apparuerit de iure alicuius quia nemo poſſidet ui, uel clam reſpectu alterius nemo uincet, & iudex dicet uti poſſidetis ita poſſideatis, & ſic uterq; defenditur in ſua poſſeſſione donec de iuſtiori cauſa doceatur; loquitur ergo de apparenti poſſeſſione, non de uera quia eſt impoſſibile quia contra text. noſtrum & contra. §. ſi duobus, & l. duo de precar. Neque dicas quod ſit diuinare quia illud interdictum ad talem poſſeſſionem tuendam pertinet, & defendendum ſi recte intuearis, & ita doctiſſimus Zaſ. declarat. Non obſtat tertium quod etiam poteſt remoueri ex ſupradictis, nam qui clam ingreſſus eſt, non poteſt dici inſimul poſſidere, niſi apparenter, & non uere, quia ſua poſſeſſio non proficit ſibi reſpectu eius, qui eſt abſens, ita Iuriſc. in l. uti poſſid. in fine, ecce ergo quomodo non datur uerus concurſus immo ipſum propria authoritate poterit repellere, ut per doct. in d. §. qui ad nundinas, & in d. l. 1. in fin. uti poſſi. text. autem noſter, ut ſupra dixi in præludijs & demonſtrabo infra loquitur de uera poſſeſſione. Non obſtat quartum, nam prout dixi in l. 1. ſupra eod. debitor dicitur poſſidere pignus ad unam cauſam tantum id eſt ad uſucapionẽ d. §. per ſeruum, & eſt text. in l. ſerui nomine, infra de uſucap. Creditor autem dicitur uere poſſidere, ut ſit ſecurior in pignore, & ratione ſecuritatis, & ſic iſti non dicuntur ſimpliciter rem inſolidum poſſidere, ſed ſecundum quid, & diuerſa conſideratione, ut ſtatim uidebis, in ſecunda particula. Et ex hac reſolutione poteris reſoluere quintum motiuum, nam dominus qui eſt abſens dicitur rem ſuam animo poſſidere non tamen poſſeſſione ad uſucapionem, quia cum ſit dominus fieri non poteſt, ille autem qui bona fide emit poſſidet alia poſſeſſione ad ius, & ſic ſunt diuerſæ intentiones, quo caſu non impediuntur, ut uidebis, deinde ſi uerus dominus reuertatur non dabitur concurſus uerus poſſidendi inſimul, quia cũ uincet interdicto uti poſſidetis, docendo ſuam poſſeſſionẽ antiquiorem, neq; in. contra eum poterit bon. fidei poſſeſſor habere publicianam l. ſi. de public. nec etiam poterit hoc caſu excipere contra eum, & ſic uides, quod nec hoc caſu uere dabitur concurſus duorum poſſidentium inſimul, text. autem noſter intelligitur de uero concurſu ut alter per alterum non impediatur ex quibus remanet firma concluſio primæ partis text. noſtri. In ſecunda parte Sabinus iuriſconſ. non corrigendo, ſed limitando prædictam concluſionem text. noſtri dedit caſum, in quo duo eandem rem inſolidum poſſiderent, cuius limitationem probat text. ad literam in l. & habet. §. eum qui

de præcar. poſſidet ergo animo qui dedit præcarium, & ille qui recepit corpore poßidet eandem rem; dicunt doct. hoc ideo eſſe, tum quia concurrit uoluntas concedentis, tum quia diuerſo reſpectu apud utroſq; eſt poſſeßio, nam apud concedentem remanet poſſeßio pro ſuo, & dominij cogitatione, apud recipientem præcario nomine nulla cogitatione dominij, cum ad libitum reuocari poſſit l. 1. de præcar. Prima ratio non multũ placet, quia contra naturam uoluntas concedentis non operatur, ex qua limitatione ſi cogitabis habes declarationem ad primam partem text. ut intelligatur, quod duo non poſſunt inſolidum poſſidere eandem rem, eodem reſpectu, diuerſo tamen ſecus eſt, & ideo uerificatur opinio Azo. quæ uidetur uerißima in hac materia, quod

9 ubi a pluribus diuerſo reſpectu res eadem poſſidetur, ita quod concurſu non datur repugnantia inter eos tunc eadem res a pluribus inſolidum poſſideri poteſt, quod Iaſ. in hoc .§. numero 41. 42, & 43. etiam aſſerit eſt tex. in c. licet cauſam extra de probat. Ex qua declaratione ad multas dubitatiões poſſem inferre, quas per teipſum poteris reſoluere in hac materia, ſi ad hanc decla-

10 rationem reſpicies. †Super hac parte text. laborat multum Sozi. cur recipiens in præcarium dicatur poſſidere commodatarius uero non cum potius contrarium uideretur dicendũ, ut per teipſum, & ita etiã Iaſ. poſt eum. Tu uero dicas, quod ipſi decipiuntur, & mirandũ eſt cũ nõ minus dicatur poſſidere cõmodatarius quam ille qui habet præcariũ tex. eſt in l. 2 §. quod uulgo infra pro hered. & in l. communi .§. neq; .ff. commun. diuid. ſicut enim corpore poſſidet recipiens præcarium ita, & commodatarius ut dictis iuribus, & licet rei cõmodatæ dominiũ, & poſſeſſionẽ retineamus, uerum eſt etiã quod dans in præcariũ retinet animo, et nihilominus recipiens poſſidet. Cõſtat ergo illos aberraſſe. In tertia parte tex. refertur opin. Treba. qui approbat ſententiã Sab.

11 Addendo ulterius poſſe unum iuſte poſſidere, alterũ iniuſte, duos iuſte, non poſſe, uel duos iniuſte, iſta fuerunt eius dicta quorum primum dum approbat Sab. optimum eſt, & fuit probatum, ſecundum reprobatur, ut ſtatim dicam, tertium uero approbatur, & eſt uerißimum & probatur clare in l. duo .ff. de præcar. & exemplificãdo ſi duo bona fide emerent domũ, ſi uterq; accipiat poſſeſſionem, non poſſunt inſolidum poſſidere, ſed pro indiuiſo bene poſſident, & uſucapiẽt, ſicut enim duo inſolidum unius rei domini eſſe non poſſunt, ita nec inſolidum poſſunt poſſidere ad int. Similiter ſi duo inſimul clam ingrederentur domum abſentis, ſi iniuſti poſſeſſores ſunt non tamen clam inſolidum dicuntur poſſidere, ſed pro indiuiſo quia eadem poſſeſſio non poteſt eſſe apud duos inſolidum eiuſdem rei, eodem reſpectu ut ſupra dixi, & text. dicit in fin. ſecundum uero dictum reprobatur ibi quem labeo &c. dum ipſe exiſtimabat alium iuſte, alium iniuſte poſſidere poſſe, nam ſuum dictum poteſt procedere in apparente poſſeſſione, non in uera poſſeſſione de qua loquitur hic text. & ideo dicit quod in ſumma poſſeſſionis .i. in ueritate, & radice poſſeſſionis, & in ſui ſubſtantia, non intereſt an quis iuſte poſſideas, an iniuſte .i. eadem ratio quæ dictat, ut duo iuſte poſſidere non poſſint, nec duo iniuſte militat etiam in caſu iſto inſpecta ueritate poſſeſſionis, nam ratio eſt, quia ubi ego ſto, tu ſtare non potes, quæ ratio habet locũ, etſi tu iniuſte uelles ſtare in loco, in quo iuſte ego ſto natura .n. non patitur hic eſt uerus ſenſus, & clarus ad text. Super hac parte text. Sozi. hic, & Iaſ. conantur demonſtrare, quod Trebatius fuit male repræhenſus per rationes, de quibus per eos, poteris per te uidere. Tu dic quod nullo modo poteſt ſaluari, niſi in apparenti poſſeſſione, de qua non loquitur text. ut ſupra dixi in uera autem, & reali poſſeſſione nõ poteſt ſaluari, quia cum una poſſeſſio iniuſta præſupponatur uincetur a iuſta, & non dabitur uerus concurſus, ut inſimul poſſideant, prout eſt in dante præcarium, & recipiente, & omnes rationes Sozi. tendunt ad hoc, quis enim dubitat quod bonæ fidei poſſeſſor uincet male fidei poſſeſſorẽ, & inſimul non dabitur concurſus uerus in poſſeſſione iuſta l. 1. in fin. uti. poſſi. Errant etiam Sozi. & Iaſo. qui fatentur quod ſi iuſta, & iniuſta poſſeſſio accipiatur pro qualitate, tunc optime repræhenſus fuit Trebatius, ſed accipiendo pro ciuili, & naturali non, ſed ut ſupra dixi in primo euidentiali ciuilis, & naturalis poſſeſſio ſunt etiam qualitates; & quod quis poſſideat bona fide, & mala fide ſunt etiam qualitates.

Ex his ſit abſoluta declaratio huius textus, quam ſi guſtaſti, cognoſces multa fantaſmata ſcribentium, quæ in hoc .§. ponuntur.

G